505.81
B88

BROTERIA

REVISTA DE SCIENCIAS NATURAES

DO COLLEGIO DE S. FIEL

Fundada e Dirigida

PELOS PROFESSORES

J. S. Tavares, C. Mendes e C. Zimmermann

VOLUME IX

1910

SERIE BOTANICA



Illustrada com muitas estampas

S. FIEL

1910

505.81
.B88

BROTERIA

REVISTA DE SCIENCIAS NATURAES

DO COLLEGIO DE S. FIEL

SERIE BOTANICA

SUMMARIO DO FASCICULO I

Perisporiales Riograndenses. — Auctore F. Theissen S. J.
Nouvelle Contribution pour l'étude des Myxomycètes du Portugal, par C. Torrend.
Contribution à l'Étude des Muscinées de Madère, par Alphonse Luisier.
Bryotheca lusitanica, par Alphonse Luisier.

VOL. IX — 1910

FASC. I

(Publicado a 20 de Abril)

505.81
.B88

SMITHSONIAN INSTITUTION
NOV 24 1933
295204
NATIONAL MUSEUM

Dépôt exclusif pour l'étranger

THEODOR OSWALD WEIGEL

Königstrasse, 1, Leipzig, Allemagne.

337270
'28

BROTÉRIA

COMPOSIÇÃO E IMPRESSÃO: TYP. A VAPOR DE AUGUSTO COSTA & MATTOS
Praça do Barão de S. Martinho — Braga

05.81
B88

PERISPORIALES RIOGRANDENSES

Auctore F. Theissen S. J.

En tibi quas Perisporialium species in statu *Rio Grande do Sul* Brasiliae Australis collegi studioque subjeci. Non mihi in animo est perfectum elenchum omnium illius regionis Perisporialium exhibere, cum ingens jam in hac classe numerus specierum descriptarum adsit. Scias tamen me sedulo ac frequenter in silvas excurrentem magnam speciminum copiam comparasse. Multum insuper in hac re debeo cl. P. J. Rick S. J. strenuo illi Mycoflorae Fluminis Grandensis exploratori, qui mihi, tum pluribus sui herbarii speciminibus, tum experto suo consilio, non exiguo auxilio fuit.

Habet elenchus hic, licet imperfectus, utilitatem suam. Ac primo quidem haud parum inservit cognitioni mycogeographicae alicujus determinatae regionis praesertim neotropicae lucemque affert perspiciendis legibus propagationis ac distributionis specierum. Dein ipsam specierum cognitionem notarum subsidio accuratiorem reddit, descriptionum antiquarum lacunas complet, relationes affinitatis vel etiam identitatis specierum patefacit parasitasque ad varias matrices revocat.

Aliquae denique novitates publici juris fiunt, quae optica instrumenta fugerunt mycologorum praecedentium, qui forsan obiter tantum vel minus crebro silvas perlustrarunt.

Adsunt in hac fungorum classe difficultates non spernendae, de quibus mihi pauca dicenda videntur.

Imprimis multum sudant ipsi mycologi eximii in eis determinandis. Sunt enim Perisporialium genera quae non satis clare circumscribuntur, et ea ipsa limitum circumscriptio saepe caracteribus innititur vel difficilibus vel etiam minus constantibus, ut accidit ex. gr. inter *Asterella-Asterina-Seynesia*, *Asteridium-Micropeltis*, *Microthyrium-Clypeolum* etc.

Dein ad ipsas species dignoscendas summopere desiderantur diagnoses clarae et sufficientes, ne dicam completae, veterum au-

ctorum. Saepissime — cogita *Asterinae* species — notae statuuntur solum universaliores, quae plurimis speciebus competunt, tacitis proprietatibus vere essentialibus et individualibus, ut hyphopodiorum indole.

Augentur hae taxonomiae difficultates consuetudine nunc vigente distinguendi species quasi-physiologicas secundum earum matrices. Multo quidem facilior est methodus haec, at num sit magis consentanea principiis scientiae dubitari sane potest.

Investigationes enim gravium auctorum satis ostendunt parasitas ordinis Perisporialium aeque ac Dothideacearum et Plectascinearum saepissime sat indifferenter se habere quoad matrices, ita ut eadem species in plurimis plantis systematice longe diversis inveniatur et ex altera parte in eadem matrice diversi parasitae bene vigeant. [Cfr. Rehm, Beiträge zur Pilzflora von Südamerika III, VI, XIV (Hedwigia 1897, 1898, 1905); Gaillard, Meliola e. a.]. Nec ratio ulla scientiae digna potest assignari, si difficultates interdum fere insuperabiles et laborem nimium evitandum excipias, quae hunc agendi modum explicare possit. Experimentum enim infectionis non instituitur. Insuper non una est opinio in circumfiniendis specierum limitibus novisque statuendis, adeo ut onerosum sit ex hoc se extrincare labyrintho.

Mirandum itaque non est hoc modo non paucas creari pseudospecies, quae postea labore improbo ac studio perdifficili typis genuinis iterum erunt adjungendae : nec pariter mirandum plures in hoc opusculo determinationes mansisse dubias, quamquam maxima speciminum pars judicio critico cl. Dr. H. Rehm subjiciebatur. Cui ego pro labore suscepto gratias ago. Species novae ab eo in litteris constitutae in Annalibus mycologicis 1909 n.° 6 descriptae sunt.

Scribebam mense Novembri 1909. — Innsbruck.

AUCTOR.

I

MICROTHYRIACEAE

Microthyrium

1. **M. caaguazense** Speg.
Sacc. Syll. IX p. 1055
Syn: *M. concatenatum* Rehm — Cfr. Hedwigia 1898 p. 321
a) in foliis *Calyptranthis variabilis* [Myrtaceae] epiphyllum.
b) in foliis *Campomanesiae* cujusdam [Myrtaceae] utrinque.

Perithecia plus minusve in acervulos circinantes disponuntur, saepe tamen totam folii superficiem occupant. Asci usque 120=32 μ extenduntur; sporidia ca. 27-32=15-17 μ, cellula inferiore subglobosa, superiore cylindraceo-coniformi.

Folia Calyptranthis magis dispositionem dorsiventralem exhibent quam folia alterius, ideo fungus solum paginam superiorem invadere videtur.

Area: Paraguay, Argentinia, Rio Grande do Sul. Sta. Catharina, Rio de Janeiro. Matrix plerumque *Myrtacea*, sed etiam *Myrsine* [cfr. Rehm, l. c.].

2. **M. confertum** Theiss.
Fragm. brasil. II (Ann. myc. 1909 p. 352)
Epiphyllum in foliis *Myrrhinii rubriflori.*

3. **M. applanatum** Rehm.
Ann. myc. 1908 p. 122.
Exsicc. Rehm, Ascom. 1774.

In foliis *Myrtaceae* hypophyllum vel etiam epiphyllum vel utrinque.

4. **M. Melastomacearum** Speg.
Epiphyllum in foliis *Myrtaceae.*
Area: Nortem versus usque Rio de Janeiro.

5. **M. pseudodothidea** Rehm.

Epiphyllum, rarius hypophyllum, in diversis *Myrtaceis* et *Myrrhinio rubrifloro.*

Asci sessiles aparaphysati, late cylindraceo-teretes, 6-8 spori, 85-105=24-28 μ; interdum breviter pedicellati. Sporidia granulose repleta, ad septum constricta, loculo inferiore subgloboso ca. 12-15 μ diam., superiore cylindraceo-conico 16-21=6-8 μ saepius angustato-apiculato.

6. **M. circinans** Speg.

Epiphyllum in foliis indeterm.

Area: Rio Grande do Sul, Sta Catharina, Rio de Janeiro. [Cfr. Hedwigia 1898 p. 322].

7. **M. crassum** Rehm n. sp.

Epiphyllum in foliis *Solani boerhavifolii.*

8. **M. scutelliforme** Rehm.

Sacc. Syll. XVI p. 637 sub *Clypeolo.*

Hedwigia 1898 p. 322.

In foliis *Rubiaceae* Rio de Janeiro collectis.

9. **M. disiectum** Rehm n. sp.

In foliis *Relbunii hirti* et *Nectandrae rigidae.*

10 **M. ? disiunctum** Rehm.

Annal. mycol. 1908 p. 123.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1775.

Epiphyllum in foliis *Solani* sp.

Mycelium laete fuscidulum hyphis dilucidis 3 μ crassis. Perithecia mycelio denso inserta, ca. 65-120 μ diam. Asci late breviterque cylindrici (vel etiam ovati), pedicello brevi, ca. 40-46=16-20 μ. Sporidia paullo constricta, hinc globoso-rotundata, illinc conico-attenuata, 15-20=6-7 μ.

Differt a descriptione auctoris sporidiis maioribus, tamen hanc esse speciem ipse cl. auctor opinatur.

11. **M.** [? *Clypeolum*] **marginatum** Rehm n. sp.

Epiphyllum in foliis *Solani boerhavifolii*, socia *Asterina vagante* Speg.

Vizella

1. **Vizella Guilielmi** Rehm n. sp.

Epiphylla in foliis *Soroceae ilicifoliae*, sociis *Linhartia Soroceae* Rehm n. sp. et *Calonectria* ? *Soroceae* Rehm.

Seynesia

1. **S. similis** Bres.

Epi- et hypophylla in foliis *Myrtaceae*.

Mycelium opacum, septatum, 4-5 μ crassum, singulis cellulis 14-17 μ longis.

Hyphopodia nulla. Asci valde variabiles, mox elongato-clavati, p. sp. ca. 100=25 μ, mox ventricosi vel late elliptici 65-90=32-44 μ, omnibus formis intermediis, pedicello brevi vel nullo. Sporidia tum disticha, tum agglomerata, hyalina vel leniter tincta, valide constricta, cellulis inaequalibus variabilibus: loculo superiore subgloboso 16-20 μ diam. vel ovato, inferiore obconico attenuato 14-18=9-12 μ.

2. **S. megas** Rehm.

Hedwigia 1898 p. 325. — Sacc. Syll. XVI p. 640.

Epi- et hypophylla in foliis *a) Myrrhinii rubriflori*, sociis *Microthyrio pseudodothidea* Rehm et *Melittosporiopsi violacea* Rehm; *b) Campomanesiae* ? sp. hypophylla [Exsicc. Rehm, Ascom. 1822]. *c)* alterius *Myrtaceae* socio *Trichobelonio Liriosomatis* Rehm.

Area: Rio Grande do Sul, Rio de Janeiro, Minas Geraes.

Sec. Rehm prob. = *Microthyrium cantareirense* P. Henn.-Sacc. Syll. XVII p. 804 (cfr. Annal. myc. 1909 p. 139).

3. **S. Heteropteridis** Theiss. n. sp.

Perithecia dimidiata, mycelio laxo insidentia vel etiam densius ab eo involuta, orbicularia, radiata, maculas atras tenues 1-3 mm. latas efformantia. Hyphae 7-8 μ crassae, hinc inde nodulosae, hyphopodiis destitutae. Asci ovati vel urceolati, ca. 60-65=35-45 μ, sessiles; sporidia brunnea, 1-septata, constricta, loculis subaequalibus rotundatis, 24-28=14-17 μ.

Hab. epiphylla in foliis vivis *Heteropteridis* sp.— São Leopoldo.

Character generis *Seynesiae,* secundum quem illi perithecia non radiata convenire dicuntur, sine dubio emendandus est, cum et aliae huius generis species perithecia radiata habeant [ex. gr. *Seynesia multilobata* (Winter) Rehm], altera ex parte indoles mycelii nostrae speciei vetat quominus *Asterinae* addicatur.

4. **S. ? paraguayensis** Speg.
In foliis indeterm. socia *Meliola amphitricta* Fr.

5. **S. pachysperma** Speg. — F. Puig. I p. 570.
In foliis vivis *Sebastianiae Klotzschianae,* socio *Dimerosporio Asterinarum* Speg.

Species insignis subiculo atro, orbiculari, furfuraceo, determinato, maculas membranaceo-crustaceas sistente, 1-3 mm. diam. [Speg. l. c. notat 3-6 mm.], cui insident perithecia scutata, radiata, opaca, vix margine laetiore non fimbriato pellucida, hyphis mycelialibus. Asci obovati, 45-64=40-50; sporae brunneae, inaequaliter 1-septatae, constrictæ, 26-34=15-18 μ [Speg. l. c. 32-42=18-20] loculo supero truncato-globoso, infero breviore et angustiore, hemisphaerico vel conico.

6. **S. multilobata** (Winter) Rehm.
In foliis *Serjaniae* sp.

Micropeltis

1. **M. vagabunda** Speg.
In foliis *Solani boerhavifolii,* socia *Asterina vagante* Speg.

2. **M. coerulescens** Rehm.
Hedwigia 1898 p. 326.
In foliis *Solani* (? *verbascifolium)* et *Nectandrae rigidae.*
Specimen originale Rehmii e Rio de Janeiro in folio *Lirioso-matis.*

3. **M. Heteropteridis** Theiss.
Fragm. brasil. II (Ann. mycol. 1909 pag. 352).

Scolecopeltis

1. **Sc. dissimilis** Rehm.
In foliis indet.

2. **Sc. Theissenii** Rick.
Amphigena in foliis coriaceis.
Exsicc. Rick, F. a. am. 250.

Trichopeltis

1. **Tr. reptans** (B. et C.) Speg.
In foliis *Artanthes* sp.
Exsicc. Rick, F. a. am. 66.

Asterella

1. **A. longiseta** Starb.
Ascom. d. ersten Regn. Exped. 1 p. 25 c. fig. 43.
In foliis *Compositae* [? *Vernonia*].

Exacte cum descriptione auctoris congruit. Perithecia tamen non discoidea, sed integra globosa, 110-120 μ circiter diam. Asci sub-cylindracei 28-32=7-8 $^1/_2$ μ sursum rotundati ; sporidia hyalina 10-11=4=3, medio septata, ad septum leniter constricta, loculis paullo inaequalibus, binis guttulis praeditis.

Setae illae, quae peritheciis ubique, inprimis autem basim versus insident, longitudinem 300 μ attingunt, 4 μ cr., apice tenuiores laetioresque.

Cl. *Rehm* in litt. dubitans speciem hanc generi *Asteridium* adscribit. Mihi vero perfecte congruere videtur diagnosi *Dimeriellae horridulae* Syd. [Annal. mycol. 1909 p. 352] ideoque *Perisporiaceis* attribuenda. Quod cl. Starbäck describit perithecia «poro latiusculo centrali pertusa», Sydow vero «astoma, demum depressa,» vix parit difficultatem facileque explicatur ex eo quod mea specimina (quae diagnosi *Dimeriellae horridulae* subiacebant) iuniora, illa vetustiora erant. Neque obstat longitudo setarum sec. Sydow 100-160 μ, cum ipse in speciminibus originalibus tales usque 300 μ longas observaverim. Difficultas potius in forma pe-

ritheciorum posita est; si illa vere sunt discoidea, i. e. dimidiata, certe species ad Microthyriaceas pertinet; sed mira sane videtur illa diagnosium coincidentia ac perfecta fungorum similitudo. Improbabile non est errorem subrepsisse speciemque hanc *Dimeriella longiseta* esse nuncupandam.

Asterina

1. **A. vagans** Speg.

a) epiphylla in foliis vivis *Tournefortiae floribundae* socio *Dimerosporio* sp.

Maculis mycelii epiphyllis sparsis tenuissimis, in foliis siccis oculo nudo vix visibilibus, obscuriusculis 2-4 mm. diam., hyphis repentibus, laxe ramosis, laetius fuscis, ca. 3-4 $^1/_2$ μ crassis; hyphopodiis alternis stipitatis, 10-15=4-5 μ, cellula superiore brevi uncinatim recurvata, integra vel obsolete lobata. Peritheciis minutis, sparsis atris, radiato-cellulosis, ca. 150 μ diam. Ascis subglobosis 32-45 μ diam.; sporidiis brunneis, medio septatis, constrictis, 18-22=9-11 μ, loculis aequalibus globosis.

b) in foliis *Solani* sp.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1819.

Hyphopodia ut supra, saepe longius stipitata, usque 20 μ longa, cellula superiore etiam fortius irregulariter lobata usque 8-12 μ lata. Asci usque 52 μ diam.; sporidia usque 25-30=12-14 μ, loculis globosis interdum inaequalibus.

c) in foliis *Solani boerhavifolii*, socia *Micropelti vagabunda* Speg.

d) in foliis *Solani* sp., socio *Microthyrio marginato* Rehm.

e) in foliis *Solani*? *verbascifolii*, sociis *Meliola Winteri* Speg., *Microthyrio disiuncto* Rehm, *Dimerosporio solanicolo* Speg., *Acanthostigmate rubescente* Rehm.

f) in *Composita* quadam.

Mycelium non solum «plagulas minutas, tenuissime arachnoideo-effusas» efformat, sed etiam strata latiora fortius evoluta. Sporidia interdum diu hyalina manent, dein «pallide fuliginea» [Speg.], denique evadunt sat opaca.

2. **A. peraffinis** Speg.

Cfr. Rehm in Hedwigia 1901 p. 159 sq.

Syn. *A. pseudopelliculosa* Speg.

? *A. cristata* Speg.

a) in foliis *Pavoniae sepium*, socio *Dimerosporio* sp.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1820.

Hyphis mycelii fuscidulis, 4 μ crassis, maculas variae extensionis et intensitatis efformantibus [tamen in hac matrice generatim tenues].

Hyphopodiis sessilibus, minutis 5-10 μ, diversimode lobatis et sinuatis. Ascis subglobosis vel globoso-ovatis, inter 28-42 μ diam. variantibus; sporidiis brunneis, modice constrictis, 20-22=10-11 μ loculis aequalibus vel subaequalibus. Peritheciis ca. 175 μ diam.

Differentiae ab *A. pseudopelliculosa* Speg. tum in mycelio tum in sporidiis reponuntur. Attamen mycelium «tenuissime pelliculosum, latissime effusum» vel «maculoso-effusum, sub-crustaceum» multum pendet a matrice, ut observare est etiam in aliis huius generis speciebus. Dein aequalitas cellularum in sporidiis non est nota ita constans, ut per se sola ad definiendam novam speciem sufficere valeat. Hinc cl. Rehm iure ambas species videtur identificasse.

b) in foliis *Trichiliae* sp.

Exsicc. Rick, F. a. am. 74 a sub *A. dispar* Speg.

Perithecia usque 210 μ, hyphis ad marginem eradiantibus crispatis.

Hyphopodia ut supra. Asci globosi ut supra vel etiam subglobosi 48-62=40-50 μ; sporidia usque 32=15 μ.

c) in foliis *Miconiae* sp. [Melastomataceae].

Sporidia 22-28=10-12 μ, loculis subaequalibus.

d) in foliis *Aulomyrciae* sp. [Myrtaceae].

Hyphopodiis etiam brevioribus 4-6 μ, hyphis 5-7 μ crassis; ascis subglobosis ut supra vel etiam late teretibus 50=28 μ; sporidiis fortius constrictis 22-26=10 μ.

Hinc evidens est, quam caute in adhibendis sporarum ascorumque etc. dimensionibus microscopicis sit procedendum. Facile enim ob sporidiorum discrepantiam formas *a)* et *b)* diversas putares, nisi praeter concordantiam aliarum partium etiam formae intermediae — etiam in eadem matrice — occurrerent.

Haec species a cl. Rehm [Hedwigia 1901 p. 159] recensetur e

statu Rio de Janeiro in foliis *Sidae*, *Turnerae*, *Crotonis*, *Staucardiae*; forma *A. pseudopelliculosa* ex Sta. Catharina et Rio de Janeiro in foliis *Malvaceae* et *Malpighiaceae*.

Huc quoque probabiliter *A. diplocarpa*. Diagnosis, etsi parca, congruit cum Asterina quam inveni in foliis *Sidae carpinifoliae*, quamque cl. Rehm *A. peraffinem* determinavit utpote formae sub *a)* relatae plane identicam : Mycelio parcissimo ; peritheciis ca. 120 μ diam., cellulis brevibus compositis ; hyphopodiis brevibus sessilibus, 4-9 μ diam., irregulariter lobatis ; ascis 35-45=27-32 μ ; sporidiis 18-20=8-9 μ, constrictis, initio multiguttulatis.

Macrostylosporis continuis, fuligineis, 12-20=10-14 μ, ellipticis.

3. **A. coriacella** Speg.

Epiphylla in foliis *Cestri lanuginosi*.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1699 b.

Asci ovati, 8-spori, 32-48=28-30 μ vel subglobosi ; sporidia inter 20-30=8-12 μ variabilia, constricta, rotundata, loculis fere aequalibus. — *Asterinae peraffini* Speg. omnino affinis.

4. **A. cristata** Speg.

In foliis *Casearia e inaequilateralis* (Flacourtiaceae).

Asterinae peraffini Speg. forsan identica.

5. **A. ? asperulispora** Gaill.

Epiphylla in foliis pentameris plantae scandentis [? *Cissus*].

Hyphopodia sessilia, lobata, brevia, continua ut in *A. peraffini*; Asci subglobosi 35-60 μ diam. ; sporidia brunnea, constricta, initio late tunicata, loculis subaequalibus, 30-34=16=14 μ.

Macrostylosporae ellipticae vel ovatae, infra saepe acutatae, brunneae, continuae, 20-24=12-15 μ.

Affinis *A. peraffini* Speg., *A. silvaticae* Speg. et *A. Leopoldinae* Rehm.

6. **A. silvatica** Speg.

Epi- et hypophylla in variis plantis indeterminatis.

a) Hyphopodia sessilia hemisphaerica, 5-6 μ alta, basi 8-11 μ

diam. [cfr. forma *b)* et *c)* !]. Asci 50-55 μ diam. subglobosi ; sporidia 28-32=14-17 μ.

b) A. ? silvatica in foliis *Mayteni gonocladi.*

Hyphopodia globosa fuscidula 7-10 μ diam.

c) A. ? silvatica in foliis pentameris *Ipomaeae* sp.

Hyphis mycelii brunneis, 4-6 μ crassis; hyphopodiis hemisphaericis rotundatis ut in forma *a)* vel summo apice leniter contracta vel etiam incisa vel denique varie lobata ut in *A. peraffini !*

Ascis globosis vel subglobosis, 40-52 μ diam.; sporidiis diu hyalinis, demum brunnescentibus, leniter constrictis, hyalino-tunicatis, loculis subaequalibus 26-30=10-14 μ vel cellula inferiore conico-cylindracea. Macrostylosporis ellipticis, rotundatis, brunneis, 18-22=10-12 μ.

Asterina silvatica differre videtur ab *A. peraffini* Speg. solum hyphopodiis hemisphaericis; aliae differentiae vix constantes se exhibent. Sed, ut ostendit forma *c)*, inter duas illas hyphopodiorum formas transitus videtur adesse, cuius evolutio forsan a matrice pendet.

Similis haec species etiam est *Asterinae consociatae* Winter in Rehm, Ascom. 1756 in eadem matrice ac forma *a)*.

7. **A. ? colliculosa** Speg.

Epi- et hypophylla in foliis arboris et fruticum.

Hyphopodia cylindrica, recta, alterna, unicellularia, 10-14=5-7 μ.

Asci subglobosi 40-55=30-45 μ; sporidia 28-35=14-17 μ. Cfr. Sacc. Syll. IX p. 286; *Seynesia colliculosa* Rehm (Hedwigia 1898 p. 324; Rehm, Ascom. 1750.

8. **A. consociata** Winter.

In foliis *Escalloniae* epiphylla.

9. **A. Loranthacearum** Rehm.

In foliis *Loranthaceae* [*Phoradendron sp.*]

10. **A. Leopoldina** Rehm.

Ann. mycol. 1907 p. 521.

In foliis ? *Myrtaceae;* — sec. Rehm (l. c.), forsan=*A. Uleana* Pazschke.

11. **A. Passiflorae** (P. Henn.) Sacc.
Sacc. Syll. XVII p. 877.
In foliis *Passiflorae* sp. amphigena.

12. **A. ampullulipeda** Speg.
In foliis *Nectandrae rigidae,* sociis *Microthyrio disiecto* Rehm, *Micropelti coerulescente* Rehm, *Phyllachora dispersa* Speg.
Hyphopodia cylindrica, recta, continua, alterna, 16-22=5-8 μ, guttula globosa v. elongata praedita. Asci 42-50=36-42 μ; sporidia brunnea, ad septum constricta loculis fere aequalibus, elliptico-rhombiformibus guttulam magnam continentibus, 25-30=9-12 μ.
Quae sit affinitas inter hanc et *A. sepultam* Berk. [Sacc. Syll. I p. 43 in *Laurinea*] vix dici potest, cum eius diagnosis ad omnes fere species adaptari possit. Certe *A. insignis* Karst. et Roum. differt sporidiis multo minoribus hyphopodiisque ovalibus.

13. **A. ? dispar** Speg.
Epiphylla in foliis *Styracis acuminati,* socia *Sorokina Uleana.*
Hyphopodia non hemisphaerica, potius globosa 7-9 μ diam., sessilia, alterna. Asci late ovati vel etiam subglobosi, ca. 50-70=45-50 μ; sporidia vix vel paullo constricta, 26-32=14-17 μ vel etiam usque 38 μ longa, loculis subaequalibus. [Speg. indicat loculos inaequales, quae tamen nota non videtur esse constans, ut etiam adnotat cl. Sydow circa eamdem speciem e statu Minas Geraes (Brasil. septentr.) in foliis Styracis [Annal. mycol. 1907 p. 360].

14. **A. multiplex** Rehm.
In foliis *Styracis leprosi.*
Exsicc. Rehm, Ascom. 1706.

15. **A. Balansae** Speg.
In foliis *Myrtaceae* epiphylla.
Perithecia scutata opace fuligineo-atra, margine brevi fimbriato laetiore, 100-180 μ diam. Hyphopodia globosa, alterna, ca. 12 μ

diam., vel hemisphaerico-depressa. Asci obovati 45-55=25-35 μ; sporae brunneae 26-32=14-17 μ.

16. **A. Puiggarii** Speg.

In foliis *Basanacanthae spinescentis* amphigena.

Indole mycelii, peritheciorum et defectu hyphopodiorum insignis. Asci in speciminibus meis etiam ventricoso-ovati, immo subglobosi. Sporae brunneae, cellula superiore globosa, 1-guttata, inferiore cylindraceo-conoidea, obtusa.

II

PERISPORIACEAE

Pseudomeliola

1. **Ps. Rolliniae** Rehm

Sacc. Syll. XVI p. 1127. — Hedwigia 1901 p. 150.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1823.

Syn.: ? *Asterula goyazensis* P. Henn. [cfr. Rehm l. c.].

Parasitans in *Lembosia* et *Asterina* in foliis vivis *Myrtaceae* cujusdam.

Perithecia globosa, astoma 100-120 μ diam.; asci fusiformes, sursum clavati 30-36=6-8 μ; sporidia continua parallela, utrinque acutata, hyalina 20-26=2 μ; paraphyses filiformes 1-2 μ crassae.

Dimerosporium

1. **D. solanicolum** Speg.

Syn: *Dimerosporium guarapiense* Speg.
Dimerosporium microcarpum Starb.
Dimerium Saccardoanum P. Henn.

a) epiphyllum in foliis *Solani* (? *verbascifolii)* parasitans in mycelio *Asterinae vagantis* Speg. et *Meliolae Winteri* Speg.

Perithecia globosa 100-180 μ diam., cellulis polygonis composita, mox nuda, mox corona hypharum setiformium basilari circum-

data, mox ipsa setis obsita. Asci teretes, cylindracei 35-60=8-12 μ vel etiam clavati; sporidia oblonga, subclavata, medio v. sub medio septata, 9-15=3-4 μ, loculis aequalibus vel inferiore paullo angustiore longioreque, flavo-viridula vel fusca, in ascis disticha.

b) in foliis *Solani boerhavifolii*, socia *Asterina vagante* Speg.

Perithecia ca. 130 μ; asci 38-52=10-12 μ; sporidia viridula 14-15 $^1/_2$=4 μ loculis inaequalibus.

Adsunt pycnidia peritheciis simillima; pycnoconidiis continuis, hyalinis, oblongo-fusiformibus, utrinque acutatis, 10-15=2-2 $^1/_2$ μ.

c) in foliis *Sebastianiae Klotzschianae*.

Perithecia ut supra; asci teretes 60=18 μ; sporidia flavo-fusca, 16-21=5 $^1/_2$-6 μ, 4-guttata, loculis paullo inaequalibus.

d) in foliis *Solani* sp.

Perithecia 160-210 μ; asci 48-54=14 μ; sporidia viridula 12-15=4 μ.

e) in foliis *Styracis leprosi*.

Perithecia glabra, 100-140 μ; asci ovato-clavati 32-40=15-20 μ; sporidia fere hyalina 13-21=4-5 $^1/_2$ μ, 4-guttata.

f) in foliis *Solani* sp.

Perithecia 100-180 μ, hyphis uncinatis basilariter obsita, cellulis polygonis constructa. Asci teretes vel subclavati 35-60=8 μ; sporidia flavo-fusca, 12-17=3-4 $^1/_2$ μ, juventute tenuiter hyalino-tunicata.

g) in foliis *Pavoniae sepium*, socia *Asterina peraffini* Speg.

Perithecia 80-110 μ; asci ca. 50=12-15 μ; sporidia viridula 12-18=4 $^1/_2$=3 μ.

h) in foliis pentameris plantae scandentis [? *Cissus*], socia *Asterina* ? *asperulispora* Gaill.

Perithecia 150-180 μ diam.; asci 40-55=12-16 μ; sporidia 16-20=4.

i) in foliis *Tournefortiae floribundae*, socia *Asterina vagante* Speg.

Imprimis notanda est qua amplitudine variant micro-dimensiones tum peritheciorum tum ascorum sporidiorumque. Perithecia inter 85-210 μ, asci teretes cylindracei, clavati usque latius elliptici, longitudine 35-60, latitudine 8-18 μ; sporidia 9-21 μ longitudine variant.

Perithecia dein occurrunt glabra, setis basilaribus vel superficialibus obsita, quae setae forsan reductionem quandam vegetativam sistunt, sicut eam intellexit Gaillard in genere *Meliola* [cfr. «Observation d'un retours à l'état végétatif des périthèces dans le genre Meliola,» Bull. Soc. myc. de France, VII, fasc. 3 (1891) p. 151]. Vix puto hinc posse deduci principia ad genera separanda.

Sed etiam differentia inter *Dimerium* et *Dimerosporium* ex colore sporidiorum desumpta non minus labilis apparet quam quae adest inter *Asterinam* et *Asterellam*. In formis modo relatis varii coloris gradus hyalini, flavi, viriduli et fusci exhibentur et saepe quidem in eadem matrice. Impossibile igitur non est genera *Dimerium, Dimeriella, Dimerosporium* ad unum iterum reducenda esse.

Certe ad distinguendas species genuinas non sufficiunt —spectata praesentis speciei variabilitate — differentiae illae minutae inter *Dimerosporium guarapiense* Speg. [Sacc. Syll. IX p. 404], *Dimerium Saccardoanum* P. Henn. [Hedwigia 1904 p. 356 in «Fungis amazonicis» III] et *Dimerosporium microcarpum* Starb. in statu Matto Grosso collectum [Ascom. d. I. Regn. Exped. III p. 11 in Arkiv för Batanik Bd. 2 no. 5] et valde suspicor plures alias species huc esse referendas. — Cfr. *D. guarapiense* Speg. var. *solanicola* (B. et C.) Speg. apud Rehm, Hedwigia 1901 p. 152.

2. **Dimerosporium Rickianum** Syd.

In foliis *Rutaceae* cujusdam scandentis spinosae.

3. **D. parasiticum** Starb.

Arkiv för Bot. Bd. 2 no. 5 in Ascom. d. I. Regn. Exped. III p. 11.

In foliis *Myrsines umbellatae* socia *Meliola crustacea* Speg.; in foliis *Schmideliae edulis* socia *Meliola* sp.

Perithecia 85-130 μ diam.; asci 28-42=6 $^1/_2$-8, anguste cylindraceo-clavati, pedicello brevi recurvato; sporidia viridula 10-11=3-4 μ.

Area: Matto Grosso (Starb.) — Rio Grande do Sul, ergo sine dubio per totam aream litoralem Brasiliae distributam.

4. **D. ? meliolicolum** Speg.

In foliis *Zanthoxyli hiemalis* [? *praecocis*] socia *Meliola* sp.

Perithecia 140-190 μ diam. ; asci cylindracei v. ovoideo-oblongati, 48-70=8-12 μ; sporidia virescentia, ad septum vix constricta, utrinque paullo acutata, 13-15=5-6 μ.

5. **D. Puiggarii** Speg. — F. Puig. 1 p. 485.

In foliis vivis *Compositae.*

Perithecia globosa 80-120 μ diam., coronae hypharum radiantium basi insidentia. Hyphae fuligineae 3 μ crassae, sursum laetiores tenuiores, modice flexuosae. Asci 8-spori, cylindraceo-elliptici, supra rotundati, basi abrupte in pedem brevem angustati, 30-42=7-10 μ; sporae hyalinae, dein viridulae, 1-septatae, loculis sub-aequalibus biguttulatis, 9-11=3-4 μ.

Obs. Species valde affinis Dimeriellae horridulae Syd. et forte identica.

6. **D. solare** Speg. — ibid.

In foliis *Zanthoxyli hiemalis.*

Perithecia usque 200 μ diam., subiculo hypharum radiantium gracilium pallide fuliginearum insidentia. Asci 32-44=10-12 μ; sporae hyalinae 18=5 μ.

7. **D. Asterinarum** Speg. — ib.

In foliis *Solani* sp. in *Asterina* parisitans.

Perithecia piriformia 70-120 μ diam. contextu olivaceo parenchymatico, setis aseptatis, basi obscuris, sursum laetioribus apice viridulo-hyalinis subacutatis, divaricatis, circum circa sed parce obsita. Sporae primo hyalinae, aetate fuligineae, cellulis aequalibus vel cellula superiore (v. etiam inferiore) paullo longiore, 18-20=4-5 μ.

8. **D. crustaceum** Theiss. n. sp.

Maculae nigrae velutinae minutae, 1-2 mm diam. in epiphyllo dispersae, membranaceo-crustaceae, cohaerentes, ex hyphis densissime contextis, brunneis flexuosis, septatis, 3-4 μ crassis, ramosis formatae. Singuli hypharum articuli saepius emittunt pseudopodia alterna, flaccide pendula, ramuliformia, oblonga, stipitata 6-8=2 $^1/_2$-3 μ, e quibus passim perithecia nova enascuntur. Perithecia parenchymatica e cellulis rhomboideis angulatis, opaca,

globosa vel leviter piriformia, nuda, minuta, hyphis subiculi involuta 70-90 μ diam. Asci numerosi primitus globosi 25-30 μ diam., dein elliptico-extensi usque 35-42=8-9 μ; sporae hyalinae, conglobatae, 1-septatae, cellulis subinaequalibus, demum fuscescentes 10-12=4-5 μ.

Hab. in foliis *Rubiaceae*, S. Leopoldo, Rio Grande do Sul.

Dimeriella

1. **Dimeriella horridula** Syd.

Fragm. brasil. II, in Annal. mycol. 1909 p. 352.

a) In foliis vivis *Baccharidis* sp.

Perithecia globosa vel ovato-globosa, 65-120 μ diam., setis usque 300 μ longis, fuscis, rectis vel paullo flexuosis, supra hyalinis tenuioribus obsita. Asci breves cylindraceo-clavati, 28-40=8-11 μ; sporidia hyalina 10-11=$2\,^1/_2$-$3\,^1/_2$ μ.

b) Notatu digna est forma in alia *Composita* crescens, socia *Meliola pulchella* Speg., quae, huic speciei simillima, exacte convenit — setis exceptis — diagnosi *Dimerosporii parasitici* Starb. [cfr. supra]: Perithecia astoma globosa, 85-120 μ diam. (setis obsita fuscis, rectis v. subflexuosis, septatis, hinc inde nodulosis, 3 μ crassis); asci teretes, pedicello breviter angustato, 30-38=9-11 μ; sporidia hyalina, loculo superiore paullo crassiore et breviore, 11=4 μ. — Mira haec diagnosium coincidentia indicium mihi est, setas illas non constituere caracterem genericum nec specificum, sed statum quendam morphologice *reductivum*, ut supra notavi ad *Dimerosporium solanicolum;* cfr. quae dicta sunt de *Asterella longiseta* Starb. quae formae omnes probabiliter unam eandemque sistunt speciem!

2. **Dimeriella uncinata** Theiss. n. sp.

In foliis *Cestri lanuginosi* epiphylla; S. Leopoldo, Rio Grande do Sul.

Maculae epiphyllae nigerrimae opacae, 2-4 mm. diam. vel confluentes. Perithecia globosa atra ubique sparsa, contextu fuligineo parenchymatico, 80-110 μ diam., circum circa setulis brevibus, fortiter uncinato-recurvatis, laete fuscis, basi nigrescenti insertis,

14-18 μ altis (situ ordinario involuto; extensis 24-28 μ longis), 3-4 μ crassis, obsita.

Asci elliptico-cylindracei 18-26=5-6 μ; sporae brunneolae, distichae, 1-septatae, 6-7=2-2 $^1/_2$ μ. cellulis subaequalibus.

Meliola

A. Sporae 3-septatae

a. Setae nullae:

1. **Meliola manca** Ell. et M. — Gaill. Mon. p. 37.

Syn.: *M. sanguinea* Ell. et E.

M. Puiggarii Speg.

In foliis vivis *Rubi* sp. epiphylla.

Area: Florida, S. Thomé, Louisiana, Apiahy (Brasilia) [cfr. Gaill. l. c.] Ecuador, São Paulo, Rio de Janeiro [cfr. Rehm, Hedwigia 1901 p. 162] Rio Grande do Sul!

Matrices: Myrica, Persea, Rubus, Acaena, Geum.

Exsicc: Ellis N. am. F. 1292 — Rehm Ascom. 1121.

Perithecia appendicibus laeticoloribus cylindricis apice rotundatis basi 20-22 μ crassis, 50-95 μ altis obsita. Hyphis mycelii fuligineo-brunneis 7-8 μ crassis. Hyphopodiis capitatis alternis [pede curto crasso vel longo tenuiore, cellula terminali rotundato-clavata vel irregulariter sinuosa vel lobata] 20-32 μ altis, supra ca. 12-17 μ latis. Ascis 2 v. 4-sporis ovatis vel ventricoso-clavatis 60-80=28-42 μ, pede brevi. Sporis plerumque rectis, 3-septatis, vix constrictis, usque 55=20 μ magnis. [Gaill. l. c. adnotat spor. 40-45=13-14; Speg. F. Puigg. 1 p. 492 paullo maiora 40-50=14-16; dimensiones igitur latitudinem admittunt inter 40-55=13-20 μ.]

Obs. Speg. l. c. describit hyphopodia capitata longius solum pedicellata (pede 14-16=5-7 μ) neque notavit praesentiam breviter crasseque pedicellatorum; appendices peritheciales etiam longiores (100-130 μ) habet. Talis variabilitas in omnibus fere speciebus habetur nec, ut saepe accidit, oscillationibus his valorem diagnosticum tribuere possumus.

b. Setae myceliales simplices

2. **Meliola ganglifera** Kalchbr. — Grevill. IX p. 34 ; Gaill. Mon p. 40.

Syn. : *M. guaranitica* Speg.

In foliis indet.

Area : Ceylon, Africa merid., Guarapi Brasiliae, Rio Grande do Sul !

Matrices : Curtisia, Hippocratea, pl. indet.

Hyphis mycelii non crassis, septis distantibus. Hyphopodiis capitatis alternis longius pedicellatis [cellula terminali magna larga varie sinuose-lobata] saepe recurvatis, totis 28-35 μ altis. Setis mycelialibus numerosis, rectis, opacis, apice acutis laetioribus, 9-11 μ crassis, usque 440 μ longis. Sporis 3-septatis 48-60= 15-18 μ, leviter constrictis, utrinque rotundatis, rectis.

Obs. *Meliola lanosa* Pat. [Gaill. Mon. p. 44] differt sporidiis paullo maioribus (65-70=23-25) setis non acutis, hyphis crassioribus, quae tamen differentiae attenta reliquorum characterum concordantia non constituunt speciem distinctam, sed ad summum varietatem prioris.

3. **Meliola pulchella** Speg. — F. Puigg. I p. 491 ; Gaill. Mon. p. 41 ; Syll. IX p. 414.

var. *abnormis* Theiss. n. var.

Mycelium irregulariter expansum, ambitu indeterminato superiorem folii partem occupans, arcte adnatum, alterne irregulariter ramosum. Hyphae pellucide brunneae, graciles, eximie sinuosae et intricatae, articulis sat elongatis. Hyphopodia alterna, saepe unilateralia, globosa vel hemisphaerica, sessilia, flavo-brunneola pellucida, 7-10 μ diam., grosse 1-guttulatis, laevibus. *Setae nullae.* Perithecia globosa parva, 170-200 μ diam., e cellulis cubico-polygonalibus parenchymatice contexta, astoma, leviter verrucosa. Asci 2-3-spori, ovati. Sporae 3-septatae, vix vel non constrictae, 40-50= 15-19 μ, plerumque curvulae, loculis extimis non conoideis, vix minoribus, omnino rotundatis.

Hab. in foliis *Compositae* [? *Baccharidis*], São Leopoldo, Rio Grande do Sul.

Obs. Recedit a typo absentia setarum, hyphopodiis non stipitatis, sporis utrinque rotundatis nec conoideis. Proprie ad primam sectionem (*a* «setae nullae») ducenda esset; ob affinitatem tamen omnimodam cum typo novam speciem condere non audeo ideoque huc refero. Specimina insuper fortiter infecta sunt a *Dimerosporio,* quod evolutionem setarum forsan impedivit et atrophia quadam reliquas divergentias causavit.

Area typi: Apiahy Brasiliae, S. Catharina.
Matrices: Myrtacea, Gay-Lussacia.

B. Sporae 4-septatae

a. Setae nullae

4. **Meliola tomentosa** Wint. — Gaill. Mon. p. 47.
Syn.: *M. ampullifera* Wint. — Gaill. p. 48.
M. Lagerheimii Gaill. — Gaill. p. 49.
a) In foliis *Styracis leprosi; b)* amphigena in foliis *Zanthoxyli hiemalis.*

Mycelium ramosum intricatum, ex hyphis flexuosis, 8-12 μ crassis efformatum. Hyphopodia capitata alterna, stipitata, cellulâ terminali elliptico-clavatâ, integrâ vel modice lobatâ vel truncatâ, 28-33 μ altis, 12-17 μ latis. Hyphopodia mucronata opposita, ampulliformia, in collum longiusculum cylindricum producta. Perithecia inter 180-250 μ diam. variantia. Asci clavati substipitati, 2-3-spori, 60-75=28-33 μ. Sporae 4-septatae, leniter constrictae, 50-66=22-28 μ, utrinque rotundatae.

Obs. *M. ampullifera* Wint. et *M. Lagerheimii* Gaill. species distincta haberi non possunt. Prima differt a *M. tomentosa* unice hyphopodiis mucronatis quae tacitis hyphopodiis capitatis describuntur, cum in diagnosi *M. Lagerheimii* utraque referantur. Ex natura horum hyphopodiorum, quae considerantur ramuli myceliales «arrêtés dans leur développement» (Gaill. p. 18), sequitur, illa mox adesse, mox abesse vel cum hyphopodiis capitatis simul inveniri posse.

Perithecia insuper variant magnitudine 180-270 μ pro aetate et circumstantiis evolutioni faventibus. Sporidia denique plus minusve constricta in multis speciebus habentur nec est ratio sufficiens novae separandae speciei.

Area : *M. tomentosa* — Paraguay, Rio Gr. do Sul — fol. indet.
M. ambullifera — » — » »
M. Lagerheimii — Equador — folia Ilicis scopulorum.
Exsicc. Rick, F. austro-am. 67
Rehm, Ascom. 1048 *(M. Lagerheimii).*

5. **Meliola obesa** Speg. — Gaill. Mon. p. 50; Syll. IX p. 421.
In foliis *Cupaniae emarginatae* epiphylla.
Area: Paraguay, S. Catharina Brasiliae [Gaill.], Rio de Janeiro [Rehm in Hedw. 1901 p. 164], Rio Grande do Sul.
Matrices: Rutacea, Meliacea, ? Cecropia, plantae indet.
Exsicc: Balansa pl. du Parag. 3585; ? Rabh-Pazschke F. eur. 3853.
Hyphis mycelii opacis, adhaerentibus, ca. 8-11 μ crassis. Hyphopodiis capitatis oppositis breviter pedicellatis, cellula terminali clavata integra, totis 15-18 μ altis, 8-12 μ latis. Sporis 4-septatis, leviter constrictis, 42-48=15-20 μ.

Obs. Hypophylla in iisdem foliis invenitur *M. coronata* Speg., de qua infra dicetur, n. 13.

6. **Meliola laevis** B. et C. — Gaill. Mon. p. 51; Syll. I p. 64.
In foliis *Schmideliae edulis* (Meliaceae) epiphylla.
Area: Cuba, S. Catharina Brasiliae, Rio Grande do Sul.
Species distincta hyphis mycelii laetiusculis, opposito-ramosis, densis, articulis perbrevibus saepe ad septa constrictulis quae singula producunt hyphopodia opposita capitata, brevissime stipitata, cellula terminali cylindrico-clavata, saepe truncato-depressa, integra grosse 1-guttata. Hinc hyphopodia valde approximata, immo interdum contigua. Perithecia distincte verrucosa nigerrima. Sporae 4-septatae 52-58=21-23 μ.

7. **Meliola arachnoidea** Speg. — F. Puig. I p. 497; Syll. IX p. 413; Guill. Mon. p. 51.
Syn.: *M. buddleyicola* P. Henn. — Hedw. vol. 44 p. 61.
? *M. inermis* Kalchbr. et Cke. — Gaill. p. 64.
In foliis *Buddleya* sp. epiphylla.
Area: Apiahy Brasiliae in foliis Bignoniaceae.

In foliis Buddleyae, Rio Grande do Sul; Rick F. austro-am. 138.

In foliis Cassiae Hoffmannseggii, Pará; Rehm, Ascom. 1798.

In foliis Lauraceae et ? Hyptidis, Rio de Janeiro [Rehm, Hedw. 1901 p. 164].

M. buddleyicola P. Henn. in foliis Buddleya sp., Amazonas.

Maculae tenues orbiculares minutae vel confluentes maiorem folii partem occupantes ex hyphis plerumque opposito-ramosis, gracilibus, brunneis, dense contextis, in maculis junioribus ad peripheriam delicatius radiantibus formatae. Hyphopodia capitata alterna brevissime stipitata, cellulâ terminali globosa vel ovoidea vel elliptica vel subelavata, hyphopodiis mucronatis oppositis supra in collum angustatum productis saepe in iisdem ramulis intermixtis. Perithecia verrucosula e cellulis angulatis magnis parenchymatice contexta. Sporae fuligineae, aetate demum subopacae, rectae vel etiam curvulae, magnitudine varia 28-38=12-16 μ. — Reliqua ut in diagnosi originali l. c. [quam Gaill. l. c., nescio cur, valde abbreviatam reddidit, omissis notis vere caracteristicis.]

M. buddleyicola P. Henn. eandem speciem sistit. Unica differentia est in peritheciis sporisque minoribus, quod tamen etiam in Rehm, Ascom. 1798 contingit ut in meis speciminibus.

M. imermis Kalchbr. et Cke. eo differre videtur, quod verrucae peritheciorum in appendices longiores protrahuntur; ceterum omnino cum praesenti specie concordat, etiam quoad hyphopodia mucronata a Speg. non observata, quoad matricem *(Buddleya)* et perithecia sporasque minores *in var. macilenta* Wint. Appendices illae sunt indolis vegetativae, explicandae forsan sicut setae peritheciales aliarum specierum ut reditus in stadium vegetativum, qui sec. Gaillard [«Les hyphopodies mycéliennes des Meliola,» Bull. Soc. Myc. de France 1891 p. 99] maxime observatur in speciebus setis destitutis. — Data hac identitate *M. inermis* prioritatem habet ejusque area extenditur ad Africam australem, S. Catharina [Gaill. l. c. et Rehm, Hedw. 1891 p. 164] et São Paulo [P. Henn. Hedw. 1909 p. 6]; matrices adjungendae erunt Anonaceae et Aegiphila (ibid.).

8. **Meliola patella** Theiss. n. sp.

Plagae tenues, opace nigrae, applanatae, 3-5 mm. diam., in superiore parte folii dispersae, discretae. Hyphae arcte adhaerentes, e centro dense stipatae ad marginem distantiores radiantes, opposito-ramosae, sat crassae 7-9 μ, opace brunneae, rectae, plerumque mycelio *Dimerii* cuiusdam dense reticulato-involutae.

Hyphopodia mucronata opposita, ampulliformia, in collum brevem cylindricum protracta. Hyphopodia capitata distantia, magna, stipitata, cellula terminali late clavata, rotundata vel depressa 24-32 μ alta, 17-20 μ larga. Setae nullae. Perithecia orbicularia, glabra, applanato-patellaria (margine acutius elevato, medio plano, centro subumbonato) numerosissima, plerumque in nodis ramulorum mycelii nascentia, minuta, 120-180 μ diam. contextu radiato-microthyriaceo e cellulis brevissimis, nec tamen dimidiata, poro centrali diluto insignita. Asci 2-3-spori ovati. Sporae rectae v. curvulae, 4-septatae, cellulis aequalibus, fuligineae, constrictae, utrinque rotundatae.

Hab. in foliis *Sebastianiae* sp. et *Schini* sp. [in hac matrice simul cum *M. malacotricha* et *M. quercinopsi* Rehm var. *megalospora* Rehm].

9. **Meliola crustacea** Speg. — F. Puig. 1 p. 496; Gaill. Mon. p. 52.

Syn.; *M. subcrustacea* Speg. — ibid.

In foliis *Myrsines* epiphylla.

Area: Apiahy Brasiliae, Rio Grande do Sul.

Matrices: Drymis, pl. indet.

Hyphopodia capitata alterna, magna, clavata, stipitata, cellula terminali elliptico-obovatâ, integrâ vel diversissime sinuoso-lobata, cum stipite 22-45 μ alta, supra 15-22 μ lata. Sporae atro-brunneae, 4-septatae, ellipsoidea, utrinque rotundata, 65-70=30-37 μ.

Species *Meliolae armatae* Speg. parallela sine setulis subperithecialibus.

M. subcrustaceam Speg. identicam habeo, cum differat unice hyphopodiis astipitatis, quae etiam in hac specie hinc inde sparsa inveni. *M. megalospora* Speg. peritheciis et sporis paullo maioribus (70-80=25-32 μ) differt.

10. **Meliola plebeja** Speg. — F. Puig. I p. 498; Gaill. Mon. p. 54; Syll. IX p. 425.

In foliis *Solanaceae*. [Species sub *M.* ? *plebeja* in Rehm Ascom. 1824 edita videtur potius *M. armata* Speg. — cfr. n. 20].

Area: Apiahy Brasiliae; Rio de Janeiro, S. Catharina [Rehm, Hedw. 1891 p. 164].

Matrices: Solanaceae, ? Rubiacea.

11. **Meliola asterinoides** Wint. — Gaill. Mon. p. 58.

a) In foliis *Daphnopsis* sp. amphigena; *b) Eugeniae bagensis* epiphylla; *c) Artanthes* sp. amphigena.

Plagae primo minutae 0,5-1 mm., dein tamen confluentes usque 2-4 mm., nigrae, ex hyphis delicatis dendritice opposito-ramosis contextae.

Hyphopodia capitata alterna, breviter stipitata, capite ovoideo vel clavato magno. Hyphopodia mucronata opposita, saepe recurvata.

Perithecia verrucosa, primitus singula in quaque maculi, postea 4-6, vertice contextu tenuiore («ostiolo falso») instructa 200-320 μ diam.

Sporae 4-septatae, sat constrictae, elongatae, rectae, 38-52= 12-18 μ [maiores quam in diagnosi l. c. notatur].

Species distincta textura pseudo-microthyriacea.

M. asterinoides Wint. var. *Psychotriae* P. Henn. [Hedwig. 1904 p. 361] est plane eadem. Perithecia enim maiora (300-350 μ) etiam hic habentur, sporae non sunt minores quam in diagnosi apud Gaill. notatur.

Area: S. Thomé in Piperacea; Amazonas in Psychotria; Rio Grande do Sul in Daphnopsi; ? Rio de Janeiro in ? Composita et ? Hyptide [Rehm, Hedw. 1901 p. 164].

12. **Meliola Winterii** Speg. — Gaill. Mon. p. 61.

In foliis *Solani* (? *verbascifolii)* hypophylla.

Area: Paraguay in foliis Solani verbascifolii; Rio Gr. do Sul.

Plagae orbiculares 2-6 mm. diam. Mycelium sub villo denso folii plane absconditum, e filamentis pallidis, fuscis, tenuibus, to-

rulosis, longe articulatis formatum. Hyphopodia capitata alterna breviter stipitata, capite cylindrico-clavato, saepe recurvato.

Hyphopodia mucronata opposita vel saepe unilateralia, pallida, in collum longum attenuatum, fere hyalinum, curvatum protracta.

Asci 4-spori. Sporae obscure fuligineae, rectae [rarius subcurvulae] cellulâ mediâ saepissime trapezoidea vel saltem crassiore, 52-64=18-22 μ. Perithecia 240-400 μ diam., grosse parenchymatice contexta e cellulis globoso-angulatis, extus verrucis grossis irregularibus, rotundatis vel subacutatis obsita.

Species valde affinis *M. glabrae* Berk. et Curt. [=*M. seminata* B. et Curt.] (Gaill. p. 59) a qua vix differt hyphis laetioribus, peritheciis et sporis maioribus, concordat vero in omnibus aliis notis caracteristicis ; meo sensu nihil aliud est, quam varietas *Meliolae glabrae*.

b. Setae peritheciales

13. **Meliola coronata** Speg. — Syll. IX p. 428 ; Gaill. Mon. p. 67.

In foliis *Luheae divaricatae* epiphylla ; in foliis *Cupaniae emarginatae*.

Area : Paraguay in eadem matrice ; S. Catharina in foliis Schini therebinthifolii ; Rio Grande do Sul.

Perithecia inveni obovata, 120-160 μ diam., luteola, juventute bysso tenui albo insidentia. Asci p. sp. 38-45 = 5 $^1/_2$ μ; sporae 6 $^1/_2$-8 = 3 μ, ellipticae, rotundatae, non constrictae, medio septatae, hyalinae.

Matrix fungi non potest esse *Hypoxylon enteroleucum,* ut l. c. dicitur, cum sporae ejus inveniantur 30-35 = 8-10 μ, quae correspondent *Xylariae* supra citatae f. hypoxyloideae. Fungillus tamen etiam Peroneutypellam simul in ligno crescentem cooperit ejusque ostiola elongata ascendit corticemque interjacentem non spernit. Dubito autem, num recte adscribatur generi *Lisea.*

Myrmaeciella

40. **Myrmaeciella Hohneliana** Rick.

Cfr. Fragm. brasil. III, Ann. mycol. 1910 p. 456.

In ramulis *Rubi* sp. — Omnino hypocreacea.

Sphaerostilbe

41. **Sphaerostilbe Wrightii** B. et C.— (Tab. VI, fig. 18, II).
In ligno *palmae.*

Stilbum 2 mm. altum, 220 μ crassum, sursum incrassatum, capitulo globoso 350 μ diam. ; perithecia e basi stipitiformi $^1/_2$ mm. latâ elliptico-globosa, saepe urceolatim collapsa, 700 μ diam., cum stipite ca. 1 $^1/_2$ mm. alta.

42. **Sphaerostilbe placenta** Theiss. n. sp. — (Tab. VI, fig. 14).
In ligno corticato.

Stilbum subulatum griseo-viridulum, 1 $^1/_2$ mm. longum. Stroma albo-griseum, placentiforme, $^1/_2$ mm. cr., 2-3 mm. ambitu, irregulariter limitatum, applanatum vel subpulvinatum, ostiolis peritheciorum obscure brunneo punctatum. Perithecia immersa, 220-300 μ diam., globosa vel ovata, humefacta rubella. Asci cylindracei, breviter pedicellati, supra subtruncati, p. sp. 80-85 = 8 μ, aparaphysati. Sporae recte monostichae, ellipticae, ad septum medium non constrictae, episporio distincte verrucoso, hyalinae, 11-13 = 5-6 $^1/_2$ μ.

Differt a *Sph. hypocreoide* P. Henn. Hedw. 1902 p. 4 sporis eximie verrucosis, stromate applanato, griseo.

43. **Sphaerostilbe hypocreoides** (1) P. Henn.—(Tab. VI, fig. 15).
In ligno corticato.

Perithecia in pulvinulos 250-300 μ latos aggregata, fusco-flavescentia, sublibera, primo albo-floccosula, ore tenuissimo pertuso, aetate late hiante. Sporae laeves, hyalinae, oblongo-ellipticae angustatae, 4-guttatae, 12-14 = 5 μ.

Differt sporis paullo maioribus (sec. auctorem 9-12=4-5 $^1/_2$ μ).

Mycocitrus

44. **Mycocitrus aurantium** A. Moell. Phyc. n. Ascom. p. 124. — (Tab. VI, fig. 16, I).

---

(1) Nomen postea mutatum in *Sph. Henningsii* Ferd. et Wge. Bot. Tidskr. 1908 p. 12 ob anteriorem *Sph. hypocreoidem* Kalch. et Cke. Grevillea IX p. 26.

Ad Bambusaceas.

Exsicc. Rick, F. austro-am. 117.

Perithecia inveni ovata, 280 = 230 μ, papilla brevissima; asci 55-60=5-5 $^1/_2$ μ, pedicello sensim attenuato 15-20 μ longo. Sporae ovoideae, monostichae, raro subconstrictae, cellulis interdum inaequalibus.

Neoskofitzia

45. **Neoskofitzia hypomycoides** Rick — Annal. myc. 1905 p. 239.

In *Polyporo* mucido.

Perithecia globosa, 240-270 μ diam., sordide luteo-brunneola, subiculo albo mucedineo, postea evanido, insidentia, hyphis basalibus hyalino-flavidis, longe articulatis, ramosis, 3 μ cr.

Asci 55-60 = 3 $^1/_2$-4 μ; sporae hyalinae, 6 $^1/_2$-7 = 3 μ secedentes.

Species ob sporas hyalinas melius *Hypocreae* adscribenda videtur. — Differentia inter *Neoskofitziam* et *Hypocream* reponi vix potest in subiculo, sed aptius in sporis coloratis, sicut genus *Dimerium* contraponitur *Dimerosporio* etc.; quodsi ob notam stromatologicam subiculi genus proprium separatur, eodem jure subgenera *Hypocreae* ordinem reclamant generis. Nimis durum autem videtur tam arctam resolvere affinitatem. Ex altera tamen parte difficultas est in determinando gradu coloris, qui sit proprius *Neoskofitziae*, cum etiam genuinae species *Hypocreae* sporas exhibeant coloratas. Censeo igitur genus *Neoskofitzeae* interim ad *Hypocream* remittendum esse.

Hypocrea

A. Podocrea Sacc.

46. **Hypocrea alutacea** (Pers.) Tul. Carp. 1 62.

In ligno.

Specimina 2-4 cm. alta, stipite ex mycelio albido superficiali oriundo, basi incrassata, simplice, 1-3 mm. crasso, sensim in clavam dilatato, rimoso. Clava rotundata 2-4 mm. cr. vel spathulato-applanata 7 mm. lata et longitudinaliter plicata, ob perithecia prominula scabriuscula.

Asci anguste cylindracei, p. sp. 60-70 = 4 μ, breviter pedicellati.

Sporae hyalinae, 6 $^1/_2$-7 $^1/_2$ = 2 $^1/_2$-3 μ, in cellulas fere aequales secedentes.

B. Euhypocrea

47. **Hypocrea poronoidea** A. Moell. Phyc. u. Asc. p. 89; t. II f. 37. — (Tab. VI, fig. 17, 1).

Ad truncos. — Cfr. Rick, Pilze aus Rio Gr. do Sul, Brotéria 1906 p. 42, t. VI f. 1.

Exsicc. Rick, F. austro-am. 220.

Stromata plerumque 3-5 mm. alta, stipite 1-3 mm. alto, 1-2 mm. crasso, disco 2-4 mm. lato ostiolis non prominulis brunneo-punctato. Sectio stromatis verticalis tria exhibet strata diversa: stroma centrale fuscum, humefactum sanguineo-brunneum, zonam angustam flavidam intermediam, et stratum periphericum pyrenophorum. Perithecia elongato-elliptica (non globosa), 250 = 85-100 μ, collo breviusculo ca. 80 μ longo superficiem attingentia.

Asci 54-62 = 3-4 μ, supra truncati, pedicello brevi 10-15 μ; sporae in cellulas globosas 2,7-3 μ diam. secedentes.

48. **Hypocrea intermedia** Theiss. n. sp. — (Tab. VI, fig. 18, 1).

In ligno decorticato.

Stromata 2 mm. lata, $^3/_4$-1 mm. alta, ex albido fuscidula, dein lateritia vel brunnescentia, disco ostiolis brunneis ca. 50 μ lato punctato, basi sterili stipitiformi brevissima, cylindrica vel doliiformi; discus in iuventute nonnisi colore a stipite diversus, postea margine tumidulo latius extenso pyrenophoro differentiatus (hinc stroma subturbinatum) centro umbilicatus, ambitu rugosus vel subgirosus; vel etiam totum stroma brevissime scyphoideum, margine acutiusculo, disco toto concavo. Perithecia immersa, elliptico-piriformia, 150-190=100-150 μ, collo 40-60 μ longo; textura subperithecialis e cellulis polygonis ca. 15 μ diam., epidermalis e cellulis angustioribus, stratum densius ca. 30 μ crassum efformantibus. Asci cylindracei, delicate pedicellati, p. sp. 55-62=3 $^1/_2$-4 μ. Sporae viridi-flavidae, episporio minute verrucoso, 8 = 2,7 μ, cellula superiore glososa, inferiore paullo elongata.

Differt ab *H. umbilicata* P. Henn. (Hedwig. 1902 p. 5) stromatibus multo minoribus, non hemisphaericis, sporis verrucosis; ab *H. turbinata*. Starb. (Ascom. schwed. Chaco-Cord. Exp. p. 11) stromate umbilicato-scyphoideo sporisque verrucosis.

49. **Hypocrea girosa** Theiss. n. sp. — (Tab. VII, fig. 19).

In ligno decorticato.

Stromata sessilia, centraliter affixa, subtus sterilia, margine repando, disco convexo, 1-4 mm. ambitu, orbicularia, ca. 1 mm. alta, flavida, aetate brunnescentia, girosa, centro umbilicato, ostiolis nigritulis ca. 50 μ latis picta. Perithecia immersa, applanato-globosa 160 = 190 μ, vel pressione mutua elongato-elliptica 180-240 = 160-180 μ, collo longiusculo 80-100 μ. Asci 120-150 = 5-5 $^1/_2$ μ; sporae hyalinae 10-10 $^1/_2$ = 3-3 $^1/_2$ μ, cellulis subaequalibus.

Species praecedenti simillima, differt tamen forma stromatis non turbinato-stipitati, superficie convexa, praecipue sporis.

50. **Hypocrea Schweinitzii** (Fr.) E. et E.

Hyp. contorta (Schw.) B. et C.; *H. atrata* Karst.; *H. lenta* (Tode) B. et Br.; *H. rigens* Fr.; *H. rufa* f. *umbrina* Sacc. [Rehm in litt.] Sec. Starbäck (Ascom. Regn. Exp. 1 p. 34) etiam *H. lobata* Schw. identica est, *H. rigens* vero differre dicitur. — Species cosmopolita.

In ligno corticato et decorticato, frequens.

Stroma primo placentiforme, orbiculare applanatum centro affixum, griseo-flavidulum, disco fuligineo-griseo, dein ferrugineo-brunnescente, demum atrato, plicato, ostiolis prominulis asperato-verrucoso (f. *asperella* Starb.) 2-4 mm., interdum confluens, 1 mm. crassum, contextu (in sectione) hyalino, e cellulis maiusculis polygonis, strato epidermali subtus rubro-brunneo, supra atrato, ca. 25-35 μ crasso. Perithecia immersa, globosa 170-200 diam., vel applanata, 170 μ alta, 200-220 μ lata, non stipata, collo brevi.

51. **Hypocrea asperella** Starb. l. c. p. 34.

In ligno mucido.

Sec. specimen originale quod examinavi, asci p. sp. 60-68 = 4-5 μ; sporae flavidulae, 6-7 = 3 μ, non magis asperae quam illae

H. Schweinitzii; stromata omnino huic speciei aequalia, plerumque minora, tamen etiam 3 mm. aequantia. Hinc *H. asperella* ab illa non distincta.

52. * **Hypocrea grisea** Rick. — Brotéria 1906 p. 43.
In *Polyporo* vetusto.

53. **Hypocrea ovulispora** Starb. — l. c.
In trunco mucido.

54. **Hypocrea sublibera** Starb. — l. c. p. 35.
In ligno mucido.

55. **Hypocrea rufa** (Pers.) Fr. Obs. I 20; Fr. Sum. p. 383.
In ligno corticato et decorticato.

Stromata pulvinata, 1-3 mm. diam., 1 mm. alta, roseo-testacea, e bysso albo oriunda, dein nuda, saepe confluentia, ostiolis brunneis subprominulis asperula, contextu in sectione hyalino-flavido, strato corticali ca. 50 μ crasso rubro-brunneo (ideo discus fungi madefactus evadit sanguineus). Perithecia stipata, elliptica, 220-280 = 170-220 μ, collo brevi. Sporae 8 = 3 μ, cellulis subaequalibus; asci aparaphysati, 60-70 = 4 μ.

56. **Hypocrea virescenti-flava** Speg. — (Tab. v, fig. 10, III). — F. Puig. p. 529.

In *Bambusacea.* — Affines, etsi diversae, sunt: *H. subcitrina* K. et C., *H. bambusella* v. Höhn., *H. citrinella* Ell.

Stroma pulvinatum, centraliter latiuscule affixum, extus flavo-viridulum, intus flavidulo-album (in sectione microscopica hyalinum), 500-680 μ crassum. Perithecia globosa 220-250 μ diam. vel applanata ca. 200 = 250 μ. Sporae viridi-olivaceae, episporio *verrucosulo,* 8-10 = 4-5 $^1/_2$ μ. — Ceterum cfr. diagnosim l. c.

57. **Hypocrea pezizaeformis** Speg. — F. Guar. II no. 92.
In cortice.

Dense gregaria, centraliter affixa, sessilis vel stipite brevissimo, orbicularis, plana, 1-1 $^1/_2$ mm. diam., vix $^1/_2$ mm. crassa, albido-

flavidula, margine determinata, subconcava, disco fuscescente ostiolis brunneo-picto, contextu tenerrimo. Perithecia immersa, piriformia, 250 = 180-220 μ. Asci 58 = 3 μ; sporae angustae, hyalinae 8 = 2-2 $^1/_2$ μ, cellulis oblongis.

58. **Hypocrea gelatinosa** (Tode) Fr. — S. Veg. Scand. 383.
In ligno corticato.

Stromata dense gregaria, orbicularia, applanato-placentiformia, 1 mm. diam., vix 200-400 μ, alta, vel pulvinulata vel e basi stipitiformi turbinata, primo flavida, disco convexulo fuscescenti, ostiolis non prominulis fusco-punctata, dein ostiolis sordide virescentibus mox tota disci superficie obscure viridi-grisea. Asci 80-95 = 5-5 $^1/_2$ μ; sporae 9-10 = 5-5 $^1/_2$ μ, saturate viridia, minute verrucosula, quaque cellula pluriguttata.

Iuventute *H. succineae* Bres. simillima.

59. **Hypocrea Rickii** Theiss. n. sp. — (Tab. VII, fig. 20).
In cortice.

Stromata pulvinata, applanato-hemisphaerica, $^1/_2$-1 mm. diam., e bysso albo pulvinato oriunda, ex albo-floccoso ochroleuca, fuscescentia, superficie ob perithecia sublibera mammilloso-aspera, ostiolis non prominulis fusco-brunneo-punctata. Perithecia ovata, vertice libero, 190-250 = 140-200 μ, parietibus 15-20 μ crassis ex hyphis subparallelis longitudinaliter intricatis formatis. Ascis supra rotundatis, vix truncatis, breviter pedicellatis, 72-80 = 5-5 $^1/_2$ μ; sporae hyalinae 9-10 = 4-5 μ, cellula superiore subglobosa 4 $^1/_2$ = 4 μ, inferiore 5-6 = 3 $^1/_2$-4 μ.

60. **Hypocrea ambigua** Theiss. n. sp. — (Tab. VII, fig. 21).
In ramis corticatis.

Stromata sparse gregaria, e subiculo albo tenuissimo orbiculari plano oriunda, hemisphaerica, $^1/_2$ mm. diam., annulo albo subiculi diu cincta, fuscescentia, ostiolis rubro-brunneis hemisphaerice prominulis asperula. Perithecia immersa, globosa, 135-160 μ diam., collo brevi emergenti.

Asci 50-55 = 4 μ; sporae 5-6 = 3 $^1/_2$-4 μ, viridulae, episporio minute verrucosulo, subconstricta, cellulis applanato-hemisphaericis, non secedentibus.

Species externa facie priori simillima, differt tamen subiculo plano, stromatibus minoribus, ostiolis — non vero peritheciis ipsis — prominulis, praecipue sporis. Sporas secedentes non observavi, tamen species omnino hypocreoidea, aegre ac ne aegre quidem *Nectriae* vel *Hypocreopsi* attribuenda.

C. Byssocrea Theiss.

61. **Hypocrea subiculata** Theiss. n. sp. — (Tab. VII, fig. 22). In *Poria* sp. parasitans.

Stromata densissime gregaria, subiculo communi, continuo, membranaceo-tenui, late effuso, albo-flavido insidentia. Stromata singula flavidula, ostiolis latiusculis obtuse prominulis cinnamomeis colorata, placentiformia, 300-600 μ diam., ambitu irregulari, plerumque orbiculari, vix 300 μ crassa, margine repanda, verticibus peritheciorum prominulis mammilosa. Perithecia 6-18 in quoque stromate, piriformia, ca. 200-250 μ diam. Asci 80-90 = 4 $^1/_2$-5 $^1/_2$ μ; sporae hyalinae, 10-10 $^1/_2$-4 μ, cellulis truncato-globosis, fere aequalibus.

Species ad novam sectionem trahendam puto. Subiculum ex hyphis hyalinis, 6-8 μ, crassis, ventricosulis, dense intricatis, unilateraliter nodulosis formatur, passim in pulvinulos novorum stromatum condensatum. Etiam *Hypocrea stipata* (Lib.) simili gaudet subiculo, in quo tamen nidulant perithecia singula ad modum *Hypomycetis*.

D. Homalocrea Sacc.

62. **Hypocrea citrina** (Pers.) Fr. Syn. p. 18; Fr. Sum. p. 185. In ligno decorticato.

Stromata gregaria, primo minuta, orbicularia pezizoidea, flavida, 1-2 mm. diam., margine albo, dein centrifuge dilatata et confluentia; ostiola fusco-brunneola, non acute determinata, dein ita stipata et colorem tenus ita confluentia, ut singula non jam discernantur et tota superficies quasi discomycetis appareat, luteo-cinnamomea vel etiam rubescens; contextu citrina, madefacta viridula. Asci 45-50 = 3 $^1/_2$ μ; sporae viridulae, cellulis globosis 2 $^1/_2$ μ diam.

63. **Hypocrea flavidula** P. Henn. — Hedwig. 1897 p. 221.

In cortice. — Cum specim. auth. comparata.

Diagnosi auctoris parcissimae haec addo:

Stroma effusum tenuissimum, vix $^1/_3$ mm. crassum, in sicco papyraceo-rigidum, pallide griseo-flavidulum vel stramineum, ostiolis demum luteo-fuscis stipatis punctatum fuscescens. Perithecia immersa, globoso-elliptica, collo brevi, 150-180 = 120-160 μ, parietibus tenuissimis. Asci 65 = 3 $^1/_2$ μ. Sporis hyalinis 8 = 3 μ. Iod.—.

64. **Hypocrea membranacea** P. Henn. — Hedw. 1897 p. 221.

In ligno corticato. — Cum specim. auth. comparata.

Priori simillima, sporis maioribus, ostiolis acute determinatis punctiformibus ca. 55 μ latis nigritulis (in *H. flavidula* ca. 150 μ latis laetioribus) recedens. Perithecia 170-220 μ diam. globosa vel applanata. Asci 82-90 = 5 μ; sporae 10-10 $^1/_2$ = 4 μ.

65. **Hypocrea flava** P. Henn. — l. c.

In cortice.

Specimen originale non vidi, diagnosis tamen bene quadrat, etsi parca.

Proxima *H. flavo-miniatae* Bres. et *H. flavidulae* P. Henn.; a prima differt stromate non miniato, ab altera colore.

Sectio verticalis exhibet contextum hyalinum non compactum, ex hyphis hyalinis breviter articulatis 4-5 μ crassis, intricatis, in parietes peritheciales longitudinaliter fibrosas transeuntibus, stratum epidermale distinctum, aurantium, ca. 55 μ crassum, extus (superficialiter) protuberantiis floccosis flavidulis coopertum. Totum stroma 350-450 μ crassum, irregulariter effusum, iuventute ambitu albo-byssino, postea nudo. Peritheciis immersis, ostiolis vix emergentibus, applanato-globosis, 200-250 μ diam., cum collo piriformibus usque 350 μ altis. Asci ca. 80-90 = 5 $^1/_2$-6 μ; sporae subhyalinae, 10 = 4 $^1/_2$ μ; cellulis subaequalibus.

66. **Hypocrea flavo-mellea** Bres. — (Tab. v, fig. 10, iv).

In cortice.

Exsicc. Rick, F. austro-am, 283.

Stroma late effusum, 400-600 μ crassum, margine sensim atte-

nuato, albo-floccoso, primo citrinum, dein ostiolis adhuc indistinctis 50-60 μ latis fuscidulis parce punctatum, dein ob ipsa ostiola obscurescentia et usque 120 μ dilatata magis stipata decoloratum, fusco-griseo fumosum. Sectio exhibet texturam ex hyphis hyalinis late ventricosis, intricatis («texturam globosam» simulantibus); stratum epidermale proprium et distinctum non evolvitur, solum textura sensim paullum condensatur. Perithecia immersa, elliptica 220-240 = 150-204 μ, vel applanato-globosa, 180-220 = 250 μ, in collum breviusculum repente angustata, parietibus contiguis tenuissimis obscure fuscis, binis (contiguis) iuuctis vix 22 μ crassis.

Asci 64-68 = 3 μ; sporae hyalinae 7 $^1/_2$-8 = 2,8 μ, cellulis subaequalibus.

67. **Hypocrea flavo-miniata** Bres.
In cortice.
Descriptionem cfr. Fragm. brasil. III, Annal. myc. 1910 p. 457.

E. Haplocrea Theiss.

68. **Hypocrea simplicissima** Rick et Theiss.
Annal. myc. 1910 p. 457.
Perithecia singula, libera; stroma nullum.

III. PHRAGMOSPORAE

Calonectria

69. **Calonectria Rickiana** Sacc. et Syd.
In foliis *Nectandrae rigidae* et *Nectandrae* sp. in *Diplodia* parasitans.
Exsicc. Theissen, Decades F. Bras. 88.

70. **Calonectria rubropunctata** Rehm — Annal. mycol. 1909 p. 539.
In foliis *Eugeniae bagensis*.
Exsicc. Rick, F. austro-am. 322; Theissen, Dec. F. Bras. 151.

71. **Calonectria appendiculata** Rehm — Hedwigia 1898 p. 197.

Exsicc. Theissen, Dec. F. Bras. 149.

Hyphae appendiculares aetate evanescunt. Asci clavati, brevissime pedicellati, lumine amplo, p. sp. inter 65-110 = 14-18 μ variantes. Iod —. Paraphyses uncinatae, apice paullo incrassatae. Sporae 35-42=8 μ, infra saepe subincrassatae, distichae vel tristichae.

In foliis *Serjaniae.*

72. **Calonectria gyalectoidea** Rehm — Hedw. 1898 p. 197.

Exsicc. Rick, F. austro-am. 321; Theissen, Dec. F. Bras. 29.

In foliis *Serjaniae.* — Determ. Rehm.

73. **Calonectria tubaroensis** Rehm — Hedwig. 1898 p. 195 c. tab. VIII f. 22.

Sacc. Syll. XVI p. 596. — Tab. VII, fig. 23.

Exsicc. Rabh. Pazschke f. eur. 4152.

Synon. Nectria byssiseda Rehm, Sacc. Syll. XVII p. 785; *Exsicc.* Ule Mycoth. bras. 68; *Nectria sensitiva* Rehm Hedwig. 1900 p. 222 [Cfr. v. Höhnel, Fragm. myc. VII p. 8 et Ann. myc. 1910 p. 468.].

In foliis *Serjaniae* in Meliola; *Exsicc.* Rehm Ascom. 1920. Item in foliis *Goeppertiae hirsutae,* Rio Grande do Sul.

74. * **Calonectria sulcata** Starb.

Ascom. I. Regn. Exp. I. p. 29.

75. **Calonectria collapsa** Starb. — l. c.

In cortice.

76. **Calonectria sulphurella** Starb. — l. c. p. 30.

In cortice.

77. * **Calonectria macrospora** Rick — Brotéria 1906 p. 41.

In foliis putridis *palmae.*

Gibberella

78. **Gibberella parasitica** Rick — Brotéria 1906 p. 41.

In *Stereo* vetusto; socia *Nectria parvispora.*

79. **Gibberella cyanogena** (Desm.) Sacc. — Syll. II p. 555.

Exsicc. Rick, F. austro-am. 225.

In cortice *Meliaceae.*

Pulvinuli stromatici 1-4 mm. diam., 1-1 $^1/_2$ mm. alti. Sporas (nondum plene evolutas, videtur) inveni 22 = 8 μ, septo unico, in ascis elongatis, ventricosulis. Conidia fusoidea, utrinque acutata, curvula, 3-5-septata, 48-55 = 4-5 μ.

80. **Gibberella pulicaris** (Fr.) Sacc. var. **subtropica** Rehm in litt. — (Tab. VII, fig. 24).

In caulibus herbaceis putrescentibus.

Perithecia 210-260 = 170-190 μ, ovata, e cellulis cyanescentibus, ovalibus, ca. 16-18 = 10 μ latis formata; stromate basali fusco e cellulis paullo minoribus. Asci clavati vel ventricosi, 60-90 = 13 μ. Sporae hyalinae, rectae, 3-septatae, utrinque acutatae vel etiam obtusiuscule rotundatae, tardius constrictae, rectae vel curvulae, 2-3-stichae, 22-27 = 5 μ. Conidia falcata, 3-5-7-septata, 40-55 = 5 μ.

Broomella

81. **Broomella annulata** Rehm.

Nectria annulata Rehm, Hedwig. 1900 p. 221 ; *Broomella Rickii* Rehm, Brotéria 1906 p. 226. — Cfr. Fragm. bras. III, Annal. myc. 1910 p. 461.

In foliis *Bathysae stipulatae,* Rio de Janeiro; in foliis indet. Rio Grande do Sul.

Malmeomyces

82. * **Malmeomyces pulchella** Starb.

Ascom. I. Regn. Exp. I. p. 32.

IV. DICTYOSPORAE

Megalonectria

83. **Megalonectria verrucosa** A. Moell. — (Tab. VII, fig. 28).

Phyc. u. Ascom. p. 137.

Perithecia globosa, 450-650 μ diam., alte collapsa, saepius in

pedicello columniformi 300 μ, longo elata. Asci pedicellati, ventricosi, 100-150 = 20-27 μ (longitudo totalis; pedicellum 26-30 μ, firmum.) Sporae irregulariter ellipsoideae, rotundatae, medio plerumque subconstrictae, hyalino-flavidulae, distichae, medio in asco saepe conglobatae, inter 32-40 = 10-14 μ variantes. Paraphyses 1 $^1/_2$-2 μ crassae, flexiles, hyalinae, copiose guttulatae.

Stroma conidiophorum stilboideum, 1 $^1/_2$-2 mm. longum, 150-170 μ crassum, rubellum, apice clavatum 180-200 μ crassum, lutescens, basi incrassata (220 μ), ex hyphis tenerrimis 1-1 $^1/_2$ μ crassis supra divergentibus formatum; conidia ovata hyalina 5 $^1/_2$-6 $^1/_2$ = 1-1 $^1/_2$ μ.

Sporas observavi interdum jam *in asco* in conidia globosa resolutas. Septa transversalia plerumque 8-9.

84. **Megalonectria pseudotrichia** (Schw.) Speg.—Syll. II 560.

Sphaeria pseudotrichia Schw.; *Sphaerostilbe pseudotrichia* (B. et. C.)

Etiam in São Paulo, Argentina, America sept., Ceylon inventa.

Perithecia rubra, asperula, papilla rotundata obscuriore, 340-420 μ diam., globosa, aetate collapsa. Asci ca. 90 = 25-28 μ; sporae flavidulae, 30-42 = 10-12 μ.

In ramulis.

85. **Megalonectria nigrescens** (Kch. et Cke) Sacc. — (Tab. VII, fig. 25).

In ramulis *Solanaceae.*

Stroma conidiophorum fasciculatum, 800-1200 = 120-200 μ, rubellum, supra in stilba singula capitata flavescentia divergens.

Perithecia botryosa, 350-500 μ diam., collapsa. Asci ventricosi, vix pedicellati, 80-100 = 18-22 μ. Sporae oblique monostichae, vel 2-3-stichae vel conglobatae, hyalinae, 32-45 = 8-13 μ.

In cortice.

Pleonectria

86. **Pleonectria riograndensis** Theiss. n. sp. — (Tab. VII, fig. 26).

In cortice. — Cum *Nectria balansae* in Exsicc. Rick, F. austro-am. 86 mixta.

Perithecia densiuscule gregaria, discreta, prorumpentia, globosa, asperula, rubra, 400-500 μ diam., primo papillâ rotundâ, dein umbilicato-collabescentia. Asci juveniles elongati tenues, dein contracti late cylindracei ca. 100=13 μ vel (pro situ sporarum) elliptico-ventricosi, 70-75 = 22-24 μ (in hoc casu abrupte in pedicellum 30-40 μ longum attenuati, supra rotundati.

Sporae distichae vel polystichae, ellipticae, rotundatae, hyalino-viridulae, 25-32 = 10-13 μ, muriformes septis indistinctis.

Paraphyses nullae.

V. SCOLECOSPORAE

87. **Torrubiella rubra** Pat. et Lag. — (Tab. VII, fig. 27).

In *Coccidea* ad ramulos *Myrsines*.

Dussiella

88. **Dussiela Orchidacearum** Rick — (Tab. VIII, fig. 29). Brotéria, 1906 p. 42.

In pedunculo exsiccato *Orchidaceae (Bromeliaceae?)*

Stroma amplexicaule, irregulariter tuberiforme, ochroleucum, ca. $^1/_2$-1 cm. diam. carnosum. Strata perithecialia limitata in variis protuberantiis stromatis, rubro-aurantiaca; perithecia ad $^2/_3$ immersa, 250-340 = 85-135 μ, oblonga, contigua, ad $^1/_3$ fere libera. Asci 90-100=2 $^1/_2$-3 μ, pedicello 20-25 μ longo, operculo minutissimo hemisphaerico. Sporae ca. 80=1 μ. Paraphyses non observavi.

Ascopolyporus

89. **Ascopolyporus polychrous** A. Moell.

Phyc. u. Ascom. p. 163. Syll. XVI p. 605.

Exsicc. Rehm, Ascom. 1784.

90. **Ascopolyporus villosus** A. Moell. — l. c. p. 172.

Asci usque 330 = 4 $^1/_2$ μ; sporae aseptatae.

Perithecia in specie priore oblongo-rectangularia, ca 500 = 80-

100 μ; in hac magis saccata, usque 700 μ longa, infra 130-170 μ lata.

Hypocrella

91. **Hypocrella** [*Moelleriella*] **globosa** Syd. (1) — Ann. mycol. 1907 p. 359.

In ramulis *Oleandri*.

92. **Hypocrella** [*Moelleriella*] **nutans** Rick — (Tab. VIII, fig. 30).

In Bambusetis.

Exsicc. Rick, F. austro-am. 89; Theissen, Dec. F. Bras. 89.

Stroma pulvinato-globosum, ramulum plus minusve ambiens, rarius totaliter amplectens, rubro-aurantium, aetate brunneo-purpureum, $^1/_2$-1 $^1/_2$ cm. diam., reticulato-rugosum, ostiolis grosse nigro-punctatum, intus album, farctum. Perithecia totam superficiem occupantia, elongato-botuliformia, collo longiusculo, 1 mm. et ultra longa (cum collo), 250 μ lata (sine collo 650-750 μ longa) stipata.

Asci usque ad 380 μ longi, 12-15 μ lati, supra rotundati; sporae filiformes, paralleles, in asco secedentes in articulos oblongos, 15-17 = 4 μ longos.

Species valde affinis *Hypocrellae cavernosae* A. Moell. (l. c. p. 299; recedit tamen a descriptione peritheciis ascisque plus duplo longioribus.

93. **Hypocrella Gaertneriana** A. Moell. — l. c. p. 299.

In Bambusa, una cum specie praecedente.

94. **Hypocrella ambiens** Theiss. n. sp. — (Tab. IX, fig. 33).

In ramulis.

Stroma tuberosum, semi-amplexicaule, atrum, $^1/_2$-1 cm. diam., intus farctum, album, extus tenuiter verrucosum opacum.

Perithecia immersa, ovata, ca. 270 = 170-200 μ, collo longiusculo superficiem attingentia, vix prominula. Asci 150-165=6-8 μ, operculo minutissimo; sporae in asco secedentes in articulos 8-10 μ longos.

---

(1) Nomen postea ab auctore mutatum in *H. orbicularis* Syd. in litt. ob anteriorem *H. globosam* Racib.

95. **Hypocrella verruculosa** A. Möll. — l. c. p. 157, 299. — (Tab. VIII, fig. 31).

In Bambusa. — *Exsicc.* Rick, F. austro-am. 294.

Stroma pulvinatum vel hemisphaericum, mammillosum, 1-3 mm. altum, 2-5 mm. latum, subtus angustatum vel etiam breviter stipitatum, ochroleucum, brunnescens, ostiolis obscure punctatum intus album, farctum. Perithecia ovato-botuliformia, 540-620 μ longa (sine collo 350-450 μ), ca. 200-250 μ lata, totaliter immersa. Asci 270-310 = 16-19, utrinque angustati; sporae in asco secedentes in articulos hyalino-viridulos, 10-12 = 2-3 μ longos.

96. **Hypocrella phyllophila** Theiss. n. sp. — (Tab. VIII, fig. 32).

In foliis *Myrtaceae.*

Stromata amphigena, plerumque hypophylla, $^1/_2$-2 mm. diam., primo griseo-fumosa, dein brunnea, nigrescentia, sessilia, sphaerica vel latiore basi affixa hemisphaerica; superficie peritheciis maturis acute subprominulis colliculoso-scabra; intus farcta, alba, duriuscula. Perithecia ovato-elliptica, ca. 400 μ alta (sine collo 340 μ), 170-200 μ lata, non stipata, vix contigua.

Asci 140-180 = 10 μ; sporae in asco secedentes in articulos 8 μ longos.

A specie sequenti recedit colore, structura, ascisque minoribus.

97. **Hypocrella ochracea** Mass. Iourn. of Bot. 1896. — (Tab. VI, fig. 17, II).

Hypocrella Edwalliana P. Henn. Hedwig. 1897 p. 223; *Moelleriella sulphurea* Bres. Hedwig. 1896 p. 298. — Cfr. A. Moeller, Phyc. n. Ascom. p. 151. — Sec. P. Henn. Hedwig. 1902 p. 7 *H. phyllogena* (Mont.) Sacc. probabilissime etiam huc ducenda est.

In diversis foliis dicotyledonis.

Sulphurea, basi stipitiformi coarctatà hypothallo insidens; iuventute corneo-dura, intus albida, compacta (excepta cavitate parva centrali); stroma internum ex hyphis intricatis 4 μ crassis formatum, zona subpidermalí 150-170 μ crassa radiante parallelo-fibrosa. Perithecia alte immersa, elongato-clavata, 500 μ longa (cum collo), 160-200 μ lata.

Cordyceps

98. **Cordyceps australis** Speg. videtur.
In formicis, frequens, sed immatura.

99. **Cordyceps ainictos** A. Möll. — l. c. p. 226. — (Tab. IX, fig. 34).
Stroma 7 cm. altum, 1 mm. crassum, infra per 2-3 cm. sterile. Perithecia fere superficialia, discreta, elliptico-conica, luteo-rubra, e cellulis polyedricis maiusculis parenchymaticis (membrana crassa in sectione lutea) formata, 340-400 = 300 μ. Asci flexuosi 250-300=7-8 μ, operculo hemisphaerico 2 $^1/_2$=4 μ coronati; sporidia tenuiter septata, articulis ca. 10 μ longis.

100. **Cordyceps submilitaris** P. Henn. Hedw. 1897 p. 222.
Perithecia elongato-piriformia, 400-500=240-300 μ, immersa, cupula minuta emergentia. Asci 250-320=5 μ.

101. **Cordyceps Klenei** Pat.— Rick in herb.— Tab. IX, fig. 35).
In *Neleo*.
Stroma laete rubellum totam fere matricem tenuiter vestiens, variis locis tuberculoso erumpens, clavasque plus minusve stipitatas efformans. Stipes usque 4 cm. longus, 2 mm. cr. Clavae sensim vel abrupte in partem fertilem transeuntes, miniatae, ostiolis aterrimis acute prominulis scabrae, varie furcatae. Perithecia immersa longissime saccata, 750-930 μ longa, basi 250-300 μ lata.
Paries epithecialis 35-40 μ crassus. Asci usque 500 μ longi, 4 $^1/_2$-5 μ cr. flexuosi. Sporae ca. 300 μ longae aseptatae.

INDEX

Ainictos (Cordyceps) 99
albicans (Nectria) 32
» » var. microspora 33
alutacea (Hypocrea). 46
ambiens (Hypocrella) 94
ambigua (Hypocrea). 60
annulata (Broomella) 81
appendiculata (Calonectria) . . 71
armeniaca (Nectria) 20
asperata (Nectria) 30
asperella (Hypocrea) 51
atrata » 50
aurantium (Mycocitrus). 44
aurantius (Hypomyces). 3
australis (Cordyceps) 98
Balansae (Nectria) 18
blumenaviensis (Nectria) 12
cavernosa (Hypocrella). 92
cingulata (Nectria). 16
cinnabarina (Nectria) var. effusa 26
citrina (Hypocrea) 62
coccidophtora (Nectria) var. auranticola 24
coccinea (Nectria) 20
» » var. platyspora 21
collapsa (Calonectria 75
contorta (Hypocrea). 50
cupulata (Byssonectria) 6
cyanogena (Gibberella) 79
ditissima (Nectria) 20
Edwalliana (Hypocrella) 97
episphaeria (Nectria) 31
» » f. Kretzschmariae 10
epixylaria (Letendraea). 7
erinacea (Nectria) 11
fallax » 15
flava (Hypocrea) 65
flavidula (Hypocrea). 63
flavo-mellea (Hypocrea) 66
flavo-miniata (Hypocrea) 67
fulgens (Hypomyces) 5
Gaertneriana (Hypocrella) . . . 93
gelatinosa (Hypocrea). 58
girosa » 49
globosa (Hypocrella) 91
grisea (Hypocrea) 52
gyalectoidea (Calonectria) . . . 72
Höhneliana (Myrmaeciella). . . 40
hypocreoides (Sphaerostilbe) . 43
hypomycoides (Neoskofitzia). . 45
inconspicua (Nectria) 35
innata » 29
intermedia (Hypocrea) 48
juruensis (Nectria). 32
Klenei (Cordyceps. 101
leprosa (Nectria). 32
leucocoma (Nectria). 17
liquescens (Entonaema) 1
lobata (Hypocrea) 50
macrospora (Calonectria). . . . 77
Manihotis (Nectria) 37
meliolopsicola (Nectria) 10
membranacea (Hypocrea) . . . 64
miniata (Nectria). 12
moriformis (Hypocreopsis). . . 19
nigrescens (Megalonectria). . . 85
nutans (Hypocrella) 92
ochracea (Hypocrella). 97
Orchidacearum (Dussiella). . . 88
Orchidearum (Nectria) 22
ovulispora (Hypocrea) 53

paraguayensis (Nectria). 19
parasitica (Lisea). 39
» (Gibberella). 78
parvispora (Nectria). 36
pezizaeformis (Hypocrea). . . . 57
phyllogena (Hypocrella) 97
phyllophila » 96
placenta (Sphaerostilbe) 42
polita (Nectria). 13
polychrous (Ascopolyporus) . . 89
poricola (Nectria) 14
poronoidea (Hypocrea) 47
prorumpens (Nectria). 27
pseudadelphica (Nectria). . . . 29
pseudotrichia (Megalonectria) . 84
puberula (Nectria) 38
pulchella (Malmeomyces). . . . 82
pulicaris (Gibberella) var. subtropica 80
punicea (Nectria). 25
Rickiana » 69
Rickianum (Sphaeroderma) . . 2
Rickii (Nectria). 10
» (Hypocrea) 59
» (Broomella) 81
rigens (Hypocrea) 50
riograndensis (Pleonectria). . . 86
rosellus (Hypomyces). 4
rubra (Torrubiella) 87
rubro-punctata (Calonectria). . 70
rufa (Hypocrea) 55
» » f. umbrina. . . 50
saccharicola (Nectria) var. Acanthaceae 28
sanguinea (Nectria) 31
Schweinitzii (Hypocrea) 50
seriata (Nectria) 16
simplicissima (Hypocrea). . . . 68
sphaeriophila (Nectria) 25
stigme » 9
subfurfuracea » 18
subiculata (Hypocrea). 61
sublibera » 54
submilitaris (Cordyceps) 100
subsquamuligera (Lophionectria) var. stellata. 8
sulcata (Calonectria). 74
sulphurea (Moelleriella). 97
sulphurella (Calonectria) 76
Sydowiana (Nectria). 38
tubaroensis (Calonectria). . . . 73
turbinata (Hypocrea) 48
umbilicata » 48
verrucosa (Megalonectria) . . . 83
verruculosa (Hypocrella) 95
vilior (Nectria) 34
villosus (Ascopolyporus) 90
virescenti-flava (Hypocrea) . . 56
vulgaris (Nectria) 23
Wrightii (Sphaerostilbe) 41

INDICE DO VOLUME IX

Pag.

Luisier, A. — Contribution a l'étude des muscinées de Madère (2.me série). 54

Luisier, A. — Bryotheca lusitanica (1.ère série) 67

Navás, L. — Sinopsis de los Líquenes de las islas de Madera 69

Theissen, F. — Perisporiales riograndenses 5

» — Hypocreaceae riograndenses 121

Torrend, C. — Nouvelle contribution pour l'étude des Myxomycètes du Portugal 45

Torrend, C. — Un nouveau genre de Discomycètes — *Helolachnum aurantiacum* Torrend. 53

Torrend, C. — Première contribution a l'étude des champignons de l'ile de Timor 83

Torrend, C. — Observations sur l'*Amanita solitaria* et espèces voisines sur le littoral du Portugal 92

Zimmermann, C. — Catalogo das Diatomaceas portuguêsas, IV centuria 95

Zimmermann, C. — II. Beitrag zur Kenntnis der Diatomaceen-Flora der Inseln Madeira und Porto Santo . . 103

INDICE DOS GENEROS, ESPECIES E VARIEDADES NOVAS DESCRIPTAS NESTE VOLUME IX

HEPATICAS

Variedades

Pag.

Campylopus flexuosus Brid. var. *Menezianus* Luisier 57
Campylopus polytrichoides De Not. var. *flavescens* Luis. . . 57
Echinodium setigerum Jaeg. var. *integrifolium* Luis. 64
Fissidens pallidicaulis Mitt. var. *major* Luis. 58
Polytrichum piliferum Schrb. var. *flavipilum* Luis. 62

FUNGOS

Genero

Helolachnum Torrend (Discomyceta). 53

Especies

Helolachum aurantiacum Torrend 53
Amanita lusitanica Torrend. 94
Psalliota fastigiata Bres. (Agaricacea) 84
Pterula timorensis Torrend (Clavariacea) 89

PERISPORIALES

Dimeriella uncinata Theiss. . . 21
Pag.
Dimerosporium crustaceum Theiss. 20
Meliola patella Theiss. 26
» *mitchellae* Cke. var. *orthopus* Theiss. 34
Seynesia heteropteridis Theiss. . 9

HYPOCREACEAE

Especies

Hypocrea ambigua Theiss. . . . 137
» *girosa* Theiss. 135
» *intermedia* Theiss. . . 134
» *Rickii* Theiss. 137
» *subiculata* Theiss. . . 138
Hypocrella ambiens Theiss. . . 145
» *phyllophila* Theiss. . 146
Nectria innata Theiss. 129
» *orchidearum* Theiss. . . 127
» *polita* Theiss. 125
» *poricola* Theiss. 125
» *sphaeriophila* Theiss. . 128
» *sydowyana* Theiss. . . . 130
Pleonectria riograndensis Theis. 143
Sphaerostilbe placenta Theiss. . 132

Variedades

Gibberella pulicaris Sacc. var. *subtropica* Rehm. 142
Nectria cinnabarina Fr. var. *effusa* Theiss. 128

TABULA V

Fig. 1 — **Nectria poricola** — Sporae.
Fig. 2 — » **blumenaviensis** — Asci et sporae.
Fig. 3 — » **fallax** — Sporae.
Fig. 4 — » **Balansae** — Asci et sporae.
Fig. 5 — » **Orchidearum** — Sporae.
Fig. 6 — » **coccinea** var. **platyspora** — Spora.
Fig. 7 — » » — Asci et sporae.
Fig. 8 — » **Coccidophtora** var. **auranticola** — Ascus et sporae.
Fig. 9 — » **sphaeriophila** — Sporae.
Fig. 10, I — » **prorumpens.**
a — 2 sectiones stromatis verticales.
b — sporae.
c — ascus.
Fig. 10, II — **Nectria saccharicola** var. **Acanthaceae** — Sporae.
Fig. 10, III — **Hypocrea virescenti-flava** — Sectio stromatis.
Fig. 10, IV — » **flavo-mellea** — Sectio stromatis.



Del. F. Theissen

TABULA VI

Fig. 10, v — **Nectria innata** — Spora.
Fig. 11, i — » **polita** — Ascus et sporae.
Fig. 11, ii — **Entonaema liquescens** — Ascus et sporae.
Fig. 12 — **Nectria crinita.**
a — 2 Perithecia a latere visa.
b — spora.
Fig. 13, i — **Lisea parasitica** — Asci et sporae.
Fig. 13, ii — **Nectria cinnabarina** var. **effusa.**
a — Paraphyses.
b — Ascus.
c — Sporae.
Fig. 14 — **Sphaerostilbe placenta** — Ascus et sporae.
Fig. 15 — » **hypocreoides** — Sporae.
Fig. 16, i — **Mycocitrus aurantium.**
a — Perithecium.
b — Sporae.
Fig. 16, ii — **Nectria episphaeria** — Perithecia.
Fig. 17, i — **Hypocrea poronoidea.**
a — Sectio stromatis integri.
b — Pars sectionis stromatis peripherici fortius augmentata.
Fig. 17, ii — **Hypocrella ochracea** — Sectio stromatis.
Fig. 18, i — **Hypocrea intermedia.**
a, *b* — diversae stromatis formae.
c — Ascus et spora.
Fig. 18, ii — **Sphaerostilbe Wrightii** — 2 perithecia.



Del. F. Theissen

TABULA VII

Fig. 19 — **Hypocrea girosa.**
a — Sectio stromatis.
b — Sporae.
Fig. 20 — **Hypocrea Rickii** — Ascus et sporae.
Fig. 21 — » **ambigua** — Asci et sporae.
Fig. 22 — » **subiculata.**
a — 2 stromata singula.
b — Spora.
Fig. 23 — **Calonectria radiata** — Ascus et spora.
Fig. 24 — **Gibberella pulicaris** var. **subtropica.**
a — Sporae.
b — Conidia.
Fig. 25 — **Megalonectria nigrescens.**
a — Conidiophor.
b — Spora.
c — Asci.
Fig. 26 — **Pleonectria riograndensis.**
a — Asci.
b — Spora.
Fig. 27 — **Torrubiella rubra** — Habitus paullo augm.
Fig. 28 — **Megalonectria verrucosa.**
a — Perithecia.
b — Conidiophorum fortius augm., hypha singula et conidia.
c — Sporae.



Del. F. Theissen

TABULA VIII

Fig. 29 — **Dussiella Orchidacearum.**

a — Habitus.

b — Sectio partis pyrenophorae.

Fig. 30 — **Hypocrella nutans.**

a — Perithecia.

b — Ascus cum sporis iam secedentibus.

Fig. 31 — **Hypocrella verruculosa.**

a — Habitus.

b — Stroma paullo augm.

c — Sectio centralis fortius augm.

d — Ascus.

Fig. 32 — **Hypocrella phyllophila.**

a — Habitus.

b — Sectio stromatis augm.

c — Pars sectionis lateralis fortius augm.

d — Ascus.



Del. F. Theissen

TABULA IX

Fig. 33 — **Hypocrella ambiens.**

a — Habitus.

b — Sectio stromatis augm.

1, stratum corticale nigrum; 2, str. pyrenophorum luteo-brunneum; 3, caro centralis hyalina; 4, cavitas.

c — Pars sectionis peripherica fortius augm.

d — Ascus.

Fig. 34 — **Cordyceps ainictos.**

a — Habitus.

b — Pars superior sporae fortiter augm.

c — Perithecium.

d — Ascus.

e — Superficies perithecii fortius augm.

Fig. 35 — **Cordyceps Klenei.**

a — Habitus.

b — Sectio peripherica.



Del. F. Theissen

Gillin

A partir du vie vol. (1907), la Revue «Brotéria», dédiée à Brotero (1744-1872) le plus célèbre botaniste Portugais, est divisée en trois séries indépendantes — *Zoologique, Botanique* et *Vulgarisation scientifique.*

On peut s'abonner à chaque série séparément.

Toutes les séries ont des planches d'une grande perfection.

Série Zoologique : 7 Marcs = 7 Sh. = 8,75 fr.
Série Botanique : 7 Marcs = 7 Sh. = 8,75 fr.
Les deux Séries : 12 Marcs = 12 Sh. = 15 fr.
Série de Vulgarisation Scientifique : 8 Marcs = 8 Sh. = 10 fr.

S'adresser à M. Weigel, Leipzig, Allemagne.

Pour le Brésil:

Série Zoologique : 1$000 rs. fortes ou 4$000 rs. fracos.
Série Botanique : 1$000 rs. fortes ou 4$000 rs. fracos.
Série de Vulgarisation Scientifique : 1$500 rs. fortes ou 6$000 rs. fracos.
Les trois séries : 3$000 rs. fortes ou 12$000 rs. fracos.

S'adresser à Mr. le Docteur J. Rick, Gymnasio N.ª S.ª da Conceição, S. Leopoldo, Rio Grande do Sul.

W. JUNK

ÉDITEUR ET LIBRAIRIE ANCIENNE

POUR LES

SCIENCES NATURELLES

Le plus grand magasin. Envoi de catalogues sur demande directe

KURFÜRSTENDAMM 201, BERLIN W. 15

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 01699 2356